

R.M.K. III.  
1132



RMK III. 1132/p.  
(Koll. 3.) Feljes.

*[Faint handwritten signature]*

1741

19. 2086

*[Faint handwritten signature]*

*[Inverted handwritten text: Bibliotheca de Monasterio]*

lissimi ICtorum

①

②

mort *pignoribus tota favorabilis erat debitori, damnosa*

*nulla oritur civilis actio.*

stitus *tem est veritatis.*  
*esse Duar: disputat.*

pro *de eius proprietate agi debet.*  
*re tenetur.*

titur

~~\_\_\_\_\_~~  
O M. D C. VII.

ORSZ. SZÉCHENYI-KÖNYVTÁR  
B Növevénynapló  
195 év 1668 SZ

GREGORIVS MVLLERVS HALL SAXO.  
Conclusiones Sequentes

Ex mediâ civili canonicâ & Feudali prudentiâ desumptas  
Pro DOCTVRÆ in utroq; jure, insignibus ac privilegijs  
Solemniter obtinendis,

Publicè  
disputandas proponet.

*Ex l. vinum 22. ff. de Reb. cred.*

THESIS I.



I species debita non amplius reperitur, aut à debitore præstari non potest, rectè æstimatio eius solvitur.

II.

Sed cujus temporis ineunda sit rei debitæ æstimatio, dissident vulgò Dd. inter se, nonnulli à seipsis.

III.

Ego, si dies obligationi est dictus, præcisè ejus diei æstimationem, in omni contractuum & judiciorum genere, sive pluris sive minoris postea res esse cœperit, præstandam esse, statuo.

IV.

In obligatione pura, distinguo inter bonæ fidei & stricti juris judicia.

V.

In judicijs bonæ fidei, tempus quanti plurimi res fuerit, vel litis contestatæ, vel moræ, vel rei judicatæ, spectandum est.

VI.

Sed non usque ad eò, ut si rei debitæ æstimatio creverit, à die moræ in diem litis contestatæ: aut à die litis contestatæ, in diem usque condemnationis: tanti debitorem condemnari oporteat.

VII.

Extra causam enim conditionis furtivæ & L. Aquiliæ, æstimationem quanti plurimi unquam res fuit, non agnosco.

VIII.

In stricti juris judicijs, tempus litis contestatæ præcisè spectari oportet; ita ut neq; moræ præcedentis, nec subsequents, ratio ulla habeatur.

IX.

Non rectè igitur sentire mihi videtur Cujac: cum interpp. qui quoad moram, in æstimatione rei debitæ, nullam inter bonæ fidei & stricti juris judicia differentiam agnoscit.

*Ex pr. l. Frater à Fratref. ff. de Condict. indeb.*

X.

Cum soluti naturaliter debiti, nulla sit conditio.

XI.

Rectè queritur, an quod frater fratri naturaliter debitum, post mortem patris solvit, tanquam indebitum condicere possit?

XII.

Consultus hac de re Africanus respondit; ut aliud juris constitutur, pro qua parte frater debitor hæres extitit patri; aliud verò pro qua parte frater creditor hæres extiterit.

XIII.

Ad primum distinctionis caput respondit Africa: utiq; repetiturum, id est, sine ulla distinctione.

XIV.

Pro altera verò parte, qua frater debitor hæres extitit, ita repetet, si non minus ex peculio suo ad fratrem pervenerit.

XV.

Sed cur fratri detur repetitio ejus, quod naturaliter debuit? African. expressè non aperit.

XVI.

Putat Cujac: fieri hoc propter sublatam confusione obligationem, quæ patri per filium fuit acquisita.

XVII.

Sed cum obligatio naturalis patri per filium potestatis jure acquiri non possit; meritò alij Cujac. contradixerunt.

XIIX.

Mea quæ sit utriusq; decisionis ratio, disputanti declarabitur.

*Ex Rubr. & c. Gemma. Ext. de Sponsal. & matr.*

XIX.

De jur. Can. in contrahendis matrimonijs consensus parentum, non solum honestatis, sed etiam necessitatis causa requiritur.

XX.

Sed cum libera debeant esse matrimonia, consensus quoque ipsorum contrahentium necessarius est.

XXI.

Vnde consequens, filium dissentientem & invitum, ad ducendam uxorem à patre cogi non posse.

XXII.

Vti nec sponsalia à patre pro filio impubere, etiam poenæ nomine inita, jam pubes factus adimplere cogitur.

*Exc. i. §. quin etiam Episcop. vel Abb.*

XXIII.

In feudo, quod pro hæredibus masculis & foeminis acquisitum est, illis existentibus, hæ licet gradu pares plerunque excluduntur.

XXIV.

Sed semel hoc modo exclusæ, num videbuntur exclusæ perpetuò? varia sunt hîc interpp. vota: Meum pro negativa esto.

Coroll. Miscell.

*Lex commissoria olim in pignorbis tota favorabilis erat debitori, damno sa creditor.*

*Ex contractu facio ut des, nulla oritur civilis actio.*

*Nullum jusjurandum in litem est veritatis.*

*Affinitatis jur. civ. gradus esse Duar. disputat.*


*Vbi res sita est, ibi tantum de eius proprietate agi debet.*

*Venditor præcisè rem tradere tenetur.*

*Ad diem 25. Augusti, horis & loco consuetis.*

BASILEÆ,

Typis JOHANNIS SCHROETERI ANNO M. DC. VII.



DISPUTATIO POLITICA  
de  
MONARCHIA.

QUAM  
AETerno IMPERATORE  
IMMORTALIQ. MONARCHA  
DVCE AC AVSPICE,

*Consensu & Auctoritate Sapien-  
tissimi Philosophorum Ordi-  
nis illustris Rauracorum  
Academiae,*

Publicè discutiendam pro-  
ponit

IO. IACOBVS GERNLERVS  
Basil. Ph. Mag.

*Interrogantis munus suscipiente*

SAMVELE GRYNÆO Basil.

*Ad diem Maji, horis locq; consuetis.*

nu nu nu nu nu nu nu nu nu nu nu nu nu nu nu nu nu

BASILEÆ,

Typis IOHAN. IACOBI GENATHII.

Anno MDCXIV. 1614



AMPLISSIMIS, CON-  
SULTISSIMIS, EXCEL-  
lentissimisq; Viris,

DN. IOAN. IACOBO FESCHIO,  
Iurisconsulto & Antecessori meritissimo, ac In-  
clytæ Reip. Patriæ Syndico, Avun-  
culo colendissimo:

DN. CASPARO BAVHINO, Ana-  
tomico & Botanico celeberrimo, nec non Illu-  
strissimi Ducis Wirtenberg. &c. Medico,  
Cognato observandissimo.

**M**ONARCHIAM Rerum omnium publicarum  
suâ naturâ præstantissimam esse, VIRI AM-  
PLISSIMI, mihiq; observandissimi, commu-  
nis est Politicorum consensus. Hac enim quid  
illustrius ac præclarior? sive ad Imperii decus ac majestas-  
tem, sive ad ea quæ in deliberationem cadunt, semel decern-  
enda, sive ad sententiarum varietatem ac dubitationem  
tollendam, sive ad ea quæ decreta sunt exequenda, sive ad  
arcana Imperii retinenda, sive ad populi motus coercendos,  
sive ad potentiorum injurias castigandas, sive ad omnia quæ  
in Repub. maxima sunt, obeunda? Quæ autem tempore bel-  
li de hostibus victoria speranda, si duces exercitus mutuis  
armis seipos confodiant? quæ judicia futura, si iudices mu-  
tuis odiis contrarias sententias tueri, quàm æquitatem mas-  
lint? Vnde Romani populorum bellicosissimi, πολυροί και βίλοι,  
ut per-

ut perniciosam cum primis damnarunt: & periculosissimis  
ac turbulentissimis bellis, difficilissimisque temporibus dictato-  
rem dixerunt: cuius exemplo, aliàs illa in urbe inusitato,  
tam exiit dignitas ampla, ut totius belli administratione,  
plenam denique rerum omnium potestatem, non aliter atque  
rex aliquis obtineret. Hoc quidem pacto è multis periculis  
aliquando evaserunt, & penè victi victores exiiterunt. In  
funestissimo contra Latinos bello Aulus Posthumius secun-  
dus Romanorum dictator ad Regulum Lacum in agro Tus-  
culano agmini hostium occurrit. Furius item Camillus dic-  
tator, Imperator maximus ac militaris disciplina peritissi-  
mus, primus per annos decem Veios cepit. Rursusq; cum  
Galli Senones fuis Romanis ad Alliam fluvium, urbem ces-  
pissent totam præter Capitolium, & coacti fame Romani  
mille auri pondo jam spopondissent, pecuniâq; expenderet-  
ur: Camillus ipse dictator creatus, cum exules esset, ad venit,  
Gallosq; urbe deturbavit atq; trucidavit, & pristina pax  
et libertatem vindicavit, Romanumq; populum, qui jam  
Veios migrare volebat, retinuit. Cum etiam tot cladibus à  
Pœno duce Annibale acceptis res Romana in ultimo discris-  
mine versaretur, dictatorem creari placuit: & Fabius Ma-  
ximus moderatissimus cunctator & clypeus Romanorum  
designatus est, qui Annibalem juveniliter exuliantem pas-  
sientiam suam mollebat, imperiumq; non tantum ab interitu  
impendenti servatum est, sed etiam longè latè propagatum.  
Et quidem omnibus Africæ populis diuturnam experientiam  
comperitum est ac persuasum, plures aquâ potestate ducis  
ab uno sapissimè, unum à pluribus Imperatoribus difficil-  
iùs posse superari. Nam quandiu Cleomenes Lacedæmo-  
nis solus imperavit, claras ac illustres victorias adeptus  
est: cum verò alterius familie Regem exilio pulsum revo-  
cavit, paulo momento copiis omnibus fuis prostratus est ac  
fugatus. Quod cum intelligeret Aristides, justus Atheniensis



sum exercitui unà cum Miltiade præfectus, omne suum imperium contulit in collegam, qui Persarum copias ingenti clade prostravit. Quibus exemplis, populorum potentissimorum sententia intelligere possumus, Rerumpub. status in magnis periculis & calamitatibus nullà alià ratione servari posse, quàm ut ad unius imperium redigantur. Monarchiarum verò originem ac propagationem si spectemus, à tyrannide initium habuisse constat, inde ad dominatum, post ad reges eorum vel liberos quasi successorio jure imperia pervenisse. Pleni sunt libri, plena antiquitatis memoria; Nimrodum Chami nepotem primum omnium homines sub imperium vi subjunxisse, ac constitutà Babylone, quæ olim terra Singaris seu Mesopotamiae nomine comprehens debatur, dominatus fundamenta in Chaldaea jecisse. Id autem Philo Hebræus ac Iosephus optimus antiquitatis interpres suo testimonio confirmant, scilicet Nimrodum humanis opibus ac potentiâ tyrannidem crudeliter invasisse. Deinde majestas Monarchiæ translata fuit ad Assyrios à Nino, qui sedem regni Nineven esse maluit à Nimrodo primum edificatam, sed à se procul dubio valde amplificatam & auctam. Successerunt ei Ninias, filius Nini & Semiramidos, Sennaar, Sardanapalus, quem Arbaces præfectus Medorum & Phul Belochus Babylonicus de regia potestate inter medios fœminarum greges libidinosè lascivientem dejecere. Postea Phul Belochus, id est, everfor vastans, præfectus Babylonicus tenuit Babyloniâ & Nineven. Arbaces verò Medus dominatus est Medis & Persis. In Assyria successit Patri Phulassar, Salmanassar, Sennacherib, Assarhaddon. Hic rursus mutata sunt hæc vicina regna, & Assyrii amissâ Monarchiâ domiti sunt à Babyloniis, rediitq; ad Chaldaeos translatores Merodacho Baladano, quem Ptolemæus Mardoempadum appellat: ac dirutâ tandem Nineve, Chaldaei ut certa apud se imperii sedes esset, Babylonia

nem caput regni fecerunt, ut majestas Monarchiæ ibi esset, ubi à primo Monarchâ Nimrodo fuisset constabilita. Merodacho Baladano successit Ben Merodachus; hunc sequutus est Nebucadnetzar primus, quem excepit filius Nebucadnetzar Magnus, qui à Ptolemæo vocatur Nabopolassar. Celebratissimus est in historia prophetica propter exilium tribus Iuda in Babylone. Anno sedecimo sui regni cinit obsidione Ierosolymam regnante Zedechiâ. Obsidionem durasse annum integrum & sex menses, testatur sanctissimus propheta Ieremias cap. 39. Proximo mense, postquam urbs Ierosolyma capta est, jussit Rex Nebucadnetzar deleri urbem & templum, & transtulit Iudaicum populum in Chaldaeam, ubi exulavit tribus Iuda annos 70. Successit ei filius Evilmerodachus ac Belschazar. Verum hoc regnante, Monarchia Chaldaica à Cyro laudibus bellicis clarissimo principe eversa est, adq; Persas translata. Ei successit Cambyses filius. Post hunc usurparunt illud Magi: quibus oppressis obtinuit Darius Hystaspis filius: hinc Xerxes: quem secutus est Artaxerxes Longimanus: Hunc excepit Darius nothus sororius Artaxerxis Longimani: Hinc regnavit Artaxerxes Mnemon: post hunc Darius Ochus: Inde Arses vel Arsames: postremo Darius Codomannus, sub quo regnum Persarum Alexander Magnus strenuissimus animosissimusq; heros evertit, Graciamq; monarchiam inchoavit. Ac cum militum triginta duntaxat millia haberet, ausus est acie congregari cum Dario Codomanno, qui exercitum habebat multorum centenorum millium: duodecim annorum spacio continua bella gessit, cum Asiam & Ciliciam magno labore domisset, Tyrum opulentissimam ac populosissimam urbem post longam obsidionem cepit, ubi septem millia hominum in oppugnatione interfecta sunt, duo millia postea strangulata, tredecim millia in servitutem redacta. Cum autem Tyro captâ Alexander in Iudæam ven-

nisset, placaturus eum Iaddus summus sacerdos, ornatus veste sacerdotali, cum cœtu sacerdotum & seniorum processit ei obviam, & pacem petivit, cui & Alexander pacem promissit, tributâq; ab Ocho tyranno imposta remisit. Alexandro verò Magno mortuo, regnum ipsius in quatuor regna divulsus fuit à quatuor primariis ducibus quos habebat: occupante Seleuco Nicanore Syriam & Babyloniam: Cassandro Macedoniam: Antigono Asiam minorem: Ptol. meo Aegyptum. Effloruit tandem quoque augustissima & gloriosissima illa Romanorum Monarchia, quam Caius Iulius Caesar, omnium Principum quotquot unquam in terris vixerunt fortissimus, audacissimus, bellicosissimus, addam etiam nobilissimus, inchoavit. Successorem habuit Augustum Octavianum, principem omnibus virtutum numerus consummatissimum, ac certissimum Romani imperii columen, qui Lucium Antonium, Sextum Pompeium, magni illius bellatoris filium, Lepidum, Marcum Antonium, Tigranem in Syria, fudit ac prostravit. Illyricos, Liburnos, Dalmatas, Cantabros, Astures, Scythas, Sarmatas simul & Parthos, habuit sibi subiectos, Vsiopes, Morinos, Brennos, Vindelicos, Salassos, Germanos, Marcomannos, Cheruscos, Suevos, Sycambros, Dacos, Mesios, & quicquid citra ultraq; Rhenum & Danubium barbaries effera spectat, sic perdomuit, ut obnixè paterentur imperia: itaque Asiâ, Africâ, demùm & Europâ subactis, nil vincere supererat, quare Augustus Romam regressus, tertio integram pacem lanam firmavit. Augusto successit Tiberius. Tiberio Caius Caligula, Caligula Claudius; cum Claudius veneno necatus esset à conjugè Agrippina, imperator factus est à militibus Domitius Nero, tyrannus teterrimus. Neronem excepit Vespasianus, ductor exercituum clarissimus, cujus arma victorica summis laudibus extolluntur, in Germania ac Britannia cæsis hostibus aliquot validissimas  
urbes

urbes in Imperii potestatem redegit, in Galilæa cuncta flammis ferroq; populatus, Iosephum in fugam vertit, & Iotapatam & munitissimas urbes duro more prostravit, Africam superavit, Samaritanos obtruncavit, Iopen tutissimum Palestine oppidum disturbavit, Gamelam miserabili clade oppugnavit, Giscalam armis obtinuit, Iamniam & Azotum Gadaram, Toparchiam, Bethlepton, Bethasbrim, Caphortophan, Gerasim, Taricheam, Arpham expugnavit, flammisq; commisit. Hierosolymam proinde cecidere signa, ut fumo & pulvere urbis obfuscarentur mœnia. Vespasiano successit Titus Flavius Vespasianus filius, clarissimæ indolis juvenis, ac rarissimum virtutis ornamentum, inter serenissimos Principum dignè numerandus: is admodum adolescens sub genitore militans, in Iudæa strenuissimè acerrimeq; conflixit. Hierosolymam invictissimus Princeps à patre concussam cruentissimis præliis delevit, grande illud ac eminentissimum obstinatissima gentis sanguinariæ famâ percelebre, incendio consumpsit. Iudeorum igne, ferro & fame peremptorum, per omne bellorum tempus, sub patre ac filio undecies centena millia fuisse Iosephus affirmat gravissimæ auctoritatis historicus, ac Iudeos reliquos venundatos septem & nonaginta millia declarat. Proinde pater & filius uno residentes curru, de Iudæa speciosissimum duxere triumphum. Tito Vespasiano successit frater Domitianus, insolentissimus ac ferocissimus tyrannus, patri fratriq; dissimilis. Domitiano subrogatus est Nerva Cocceius, sapientissimus ac munificentissimus Princeps. Hinc Rempub. Romanam & in pace & in bello laus datissimè moderatus est Vlpianus Traianus, ingenium virtutis gloriosissimum, justitiæ & pietatis exemplum, Arabiam felicem provinciasq; amplissimas Imperio adiecit, gentesq; immanitate barbarissimas Romanorum legionibus fregit. Post hunc regnavit Publius Aelius Adrianus. Hinc Antoninus



ninus Pius, cui substitutus Antoninus Philosophus, quem Gordianus Imperator consultissimum principem, & Iulianus prudentissimum & sacratissimum principem, & philosophie plenum appellant. Et ista tamen tot tantisque virtutum cumulis illustrissimus, primus Imperii collegam fecit fratrem L. Verum: postmodum Valerianus Galienum filium: Diocletianus Maximianum, Constantinum, Galerium: Constantinus M. Licinium. Cum vero Constantinus Magnus, providentissimus ac religiosissimus princeps, Licinium ignominiosissimum tyrannum fudisset ac prostravisset, solus Monarchiam tenuit, sedemque Imperii ex Italia in Thraciam Byzantium transtulit, quae sedes Imperii fructuosissimo amenissimoque loco permansit, donec imperante Constantino Immanuelis filio, Constantinopolis à Turcis est capta & expugnata. Instaurator vero Imperii collapsi, Imperatorum, Regum & Principum aeterna imago, Carolus ille Magnus, cordatissimus ac bellacissimus heros, sedem splendidissimi Romani imperii ad Germanos transtulit, eamque in Germaniam translata (hisque adhuc temporibus ibidem augustissimam) imprimis Ottones, Saxonicae familiae aeterna decora illustrarunt. Otto quidem, generosissimus heros, summa Germanorum gloria, laudibusque cumulatis ad sidera augustissimus iste princeps sublimandus, cui Magni cognomen peperit rerum gestarum amplitudo, quas pace belloque, pacata Germania & regnis externis confirmato imperio, & ecclesiis plurimis fundatis, felicissime confecit. Otto vero secundus Magni filius, litterarum scientiaeque, militaris laude clarissimus evasit. At Otto tertius secundi filius, pro ingenii sui perspicacia atque prudentia, quae tanta fuisse scribitur, ut Mirabilia mundi diceretur, oculos cum intimo adfectu circumferens, ac respiciens, in subversionem nobilissimarum civitatum, ob certamina de Imperii Romani sede penè dimotarum & cons

vulsas

vulsarum sedibus suis, suorumque civium in caede ac sanguine natantium, mania cineribus equata, Italiam gladio rum fulgore collustratam, incensas villas, flammis devoratos pagos, diruta castra, contritos agros, terras lugentes, domos vix dum haerentes, latrocinia immania, expilatam populum, nobilitatem eversam, virorum stragem, senes orbatos, viduas desolatas, relictos orphanos, vitiatas virgines, contaminatos thalamos, plurima videlicet luctuosissima & calamitosissima bella exorta, non primario de saxeis muris extruendis, de profundis fossis constituendis, de impera territis ac munitissimis speculis aedificandis, de instructissimo exercitu acquirendo, aliisve minoris momenti rebus fuit sollicitus: sed quomodo cives sui amoris & concordiae suavitate se mutuo amplexarentur, murum inexpugnabilem statuens civium concordiam, ideoque cum prole masculam careret, atque Imperii maiestatem apud Germanos perpetuo durare cuperet, suffragante summo Pontifice Gregorio, utpote principe Saxonici sanguinis, ex consilio Principum Germaniae, sanctionem tulit, de Imperatore à Germanis proceribus deligendo; videlicet ut in futurum per Imperii officiales Imperator, non habitam sanguinis ratione, deligeretur: sicque pax & tranquillitas qualiscumque in Germania conservata, Pontificumque Romanorum tyrannis ambitioque suppressa. Hec illa est Monarchiae origo, hac illa pro pagatio, quae suo nitore latissimum terrarum orbem collustravit: de qua etiam praesentem disquisitionem instituere visum fuit.

Ad vos vero, rerum praclarissimarum scientiam, virtutesque eminentissimam VIROS CELEBERRIMOS, huius Regalis nostrae Monarchiae disquisitionis patrocinium detuli, ut observantiae meae propensissimamque ad omne officii genus animi, vobis quodammodo testimonium arrhamque perhiberem. Accedunt huc praclara illa vestra Virtutum or

namenta; præclarâ vestra majorumq; vestrorum in Rempub. Academiâq; nostram collata merita; præclara in Consiliis Prudentia; in rebus gerendis Magnanimitas ac Fortitudo: in toto denique vitæ vestrae cursu mater virtutum Pietas, vera animi Probitas & Magnificentia. Ut non abs re his ego commotus, vobis hasce qualescunque meditationes meas obtulerim. Cæterum quoniam humanum omne vel studium vel institutum ipsâ inanitate inanius est, nisi æterni Monarchæ nutus atq; favor adspiret, Deum trinum & unum Regem illum Regum Dominumq; Dominantium obtestor, ut qui vos Reipub. & Acad. nostræ præsidia & munimenta firmissima esse voluit, idem quoq; vos virtutibus excellentissimos, meritis clarissimos, diuissimè florentes, incolumesq; nobis exhibeat protegatq;. Valete  
 VIRI AMPLISSIMI PRUDENTISSIMI QVE. Basileæ, die 6. Maji. Anno 1614.

Vestrae Ampl. & Excell.

addictissimus

IO. IACOBVS GERNLERVS  
 Basiliensis.



THESIS I.

**M**ONARCHIA est status Reipub. in quo unus aliquis in universos & singulos imperat.

Summum igitur Monarchiæ requisitum ex ipso nomine derivari potest, quandoquidem illa ita nuncupatur, quòd in ea penes unum, non plures, resideat summa dominandi potestas. Bodin. lib. 2. de Rep. c. 1. Lips. l. 2. pol. c. 2. Keck. l. 1. c. 1. Porro Monarchia in tres modos tributa est: Aut enim is qui Imperium habet, rerum omnium dominus est, aut Rex, aut tyrannus. Est vero MONARCHIA regalis, in qua subditi libertate ac dominio rerum fruuntur sui Principis legibus obsequuntur: perinde ut Princeps ipse divinis ac naturæ Imperiis obtemperandum judicat. DOMINATUS vero dicitur, cum Princeps unus, libertatis ac fortunarum omnium dominus jure belli factus, aut foedere, subditos quasi paterfamilias servos moderatur. Sic Dominatus fuit olim Imperium Persarum: hodie est in Asia Tartarorum, Chinesium & omnium aliorum: in Africa Abyssinorum. quorum Dominus dicitur Prator, vel Pretiosus Ioannes, vel Presbyter M. vel M. Nego. item regni Marocco, & Fessa, quorum Dominum vocant Seriffum. Tyrannis denique, si Princeps imperiosè spretis gentium ac naturæ legibus subditorum bonis ac libertate ad libidinem abutatur. Aristot. l. 7. de Rep. c. 7. Bod. l. 2. c. 2. de Rep. Lips. pol. l. 2. c. 2. & 3. Al. hus. pol. c. 32. Lalius Zecchius de Prin. adm. l. 1. c. 2. Piccolom. de moribus gradu decimo, c. 8.

## II.

MONARCHIA ordinariè cōstituitur vel per Electionem vel per Successionem: unde aliud regnum est Electivum, aliud Successivum seu hæreditarium. Electivum est, in quo spreto natalium jure populi suffragiis novus Princeps designatur.

Varii regni impetrandi modi apud Scriptores passim occurrunt: Velenim regnum defertur lege, (ut Gallia:) si-ve largitione, (ut illud Numidia, ubi Augustus Iubam regnare jussit:) vel testamento, (ut antea sæpè Africa; & Angliæ regnum Henrici 8. voluntate ad Eduardum 6. cui Maria soror, huic Elizabetha princeps augustissima substituta:) si-ve forte, (ut regnum Israëlitarum ad Saulem: & Bohemie ad Prislaurum:) si-ve equi hinnitu, (ut Persarum ad Darium Hystaspin:) si-ve armis ac vi quæsitum, (ut regnum Servii. Neq; enim, inquit Livius, præter vim quicquã ad jus regni habebat. Sic Tolosanus duos principales ponit modos, quibus Tyrãni regna occupare soleant: 1. Vim. 2. Dolum. De successoribus regnorum post Alexand. Mag. scribit Plutarch. quòd magna ex parte fuerint parricide. Herod. ut regnum impetraret, socrum, socerum, filiam, uxorem, &c. interemit. Ardyeus Pamphilia Tyrannus patrem jam in senectute constitutum & fratrem ætate grandiorcm occidit. Secundum modum usurpavit Archelaus, fingens se filium Regis Mithridatis: & hoc persuadens Ptolem. Aegypti regi, cujus postea gener & successor factus. Hyperbolus etiam versutiã suã tantum effecit, ut Cleoni successerit. Ita Lescus dolo Poloniam occupavit.) si-ve ob nobilitatem, ac generis splendorem, (ut Aegypti à pratorianis militibus ad Campsonem Ciliciæ Regem delata

delatum accepimus: sic Cretenses, Corinthii, & in Africa Carthaginenses dignitates Regias & officia publica nõ nisi incolis, iisq; nobilibus concesserunt:) si-ve ob justitiam ac pietatem, (ut Romanorum ad Numam:) si-ve ob litterarum scientiam, (ut apud Persas, qui doctrinam & eruditionem in Regibus suis imprimis desiderabant, & iis solummodo scepra committebant, qui diutiùs Magorum disciplinã ac conversatione erant informati, ut Cicero docet lib. 1. de Divinat. dum inquit: Nemo Persarum Rex esse potuit, qui non antè Magorum disciplinã scientiamq; perceperat. Nimirum quod apud Persas fuit Magorum scientia, hoc nostro tempore est studium Philosophiæ, & imprimis prudentiæ politica, quã imbuti Reges ac Imperatores altissimum dignitatis gradum sic obtinent, ut diutissimè in eo floreat ac consistant. Quare cùm Romæ quondam Imperator quæreretur, exclamatum fuit: Quis meliùs quàm litteratus imperet? Nota est vox Traiani Imperatoris: Rex illiteratus est quasi asinus coronatus. Quod cùm saperet Marc. Imp. ex variis nationibus ac regionibus viros doctissimos convocavit, ut Commodus filius erudiretur. Refert Aeneas Sylvius lib. 3. histor. Boëmiae, Vladislaum Bohemie regem dixisse; Nõ videri sibi hominem, nedum Principem, qui literas ignoret. Et Alphonsus Arragonia Rex, audiens litteras in Principe improbatas esse à Rege Hispaniarum, dixit, Bovis istam esse vocem, nõ hominis. In aurea bulla Caroli IV. Imp. præcipitur, ut Electorum filii in variis linguis & disciplinis instituantur, antequã ad gubernacula veniant. Sic Carolus Magnus quas Academias fundaverit, quas instituerit, quid ipse in illis fecerit, quid quotannis egerit, quid disputarit, omnibus liquet. Atque fecerunt hoc laudabiles illi Caroli successores, Ludovicus Secundus, quem multis & studiis & sumptibus ingenuas artes coluisse etiam hodierni Poëta versibus suis

celebrant. Sic Fridericus II. eternam nominis famam impetravit, quod Latina, Gallica, Graeca, Saracena, aliarumque linguarum cognitione fuerit imbutus. Similiter Egmondanae illustrissimae familiae institutum erat laudatissimum: ut ex illa domo Lueticam omnes, qui ad Principatus fastidium tenendum educabantur, libri mitterentur; quod dignas Principe artes ac literas addiscerent, nec verò ad laerem paternum redirent, nisi antea Magistri, ut appellantur, bonarum artium, acceptis publicè titulis & honoribus, evasissent: ) five ob senium, (ut Arabia ac Taprobanes regna ad vetustissimum quemque. Ita apud Chalcidenses lex erat, ne Magistratus munere fungeretur, qui annis quinquaginta minor esset: ) five ob corporis robur, (ut Imperium Romanorum ad Maximinum, ducem militum, tantà corporis firmitate ac robore, tantàque amplitudine, ut gigantum semine procreatus videretur, ) five ob formae praestantiã, (ut idem Imperium ad Heliogabalum pervenit: ) five ob longitudinem ac proceritatem, (ut Aethiopum regna ad longissimum quemque: ) five ob capitis longitudinem & corporis pinguedinem, (ut Gothorum: ) five ob cursus velocitatem, (ut Lybiorum: ) five ob bibacitatem, (ut Scytharum imperia: ) five ob contractum, (uti quondam Principatus delati, & venales fuerant constituti. Milites namque, qui Imperatorem Pertinacem interemerant, imperium venale proclamaverunt, idque illi promiserunt, qui plurimum pecuniae sit numeraturus: in quam conditionem cum consensisset Didius Iulianus, & ingentem aëris copiam erogasset, Princeps quidem declaratus, sed paulò post ab ipsius militibus vendentibus occisus est. Bodinus lib. 2. de Rep. c. 3. Justin. lib. 2. Tolosan. l. 7. c. 16. Herodian. l. 2. Keckerm. Disp. 1. extraord. de Monarchia Persarum, th. 2. & Disp. spec. 2. de priscis Rebus pub. aphorism. 3. Sed nos, istis relictis, ad principaliores duos pergitimus, quales sunt: Electio & Successio:

Utra ergò melior, utilior, & accommodatior, quaeri solet? Priorem nos defendere conabimur: ita tamen, ut non facile à stirpe regia, si digna sit, recedatur. Nec desunt autores gravissimi, qui pro electione stant ac pugnant. Aristot. Basil. Hieron. Plutarch. Machiavel. Apud Romanos quondam per populi suffragia Magistratus fuit electus. Ita Sosthenes Macedonia Rex est constitutus. Ita Poloni post Popiellum juniorem Piastum ad regnum evenerunt. Ita adhuc hodie Germanorum Imperator à destinatis ad hoc Principibus eligitur. Singulare & memorabile est hac de re iudicium ac responsum Alexand. M. qui in agone interrogatus, quem nam successorem sibi optaret, num fratrem Arideum, num filium Herculem, num alium quempiam, respondit: Dignissimum mihi successorem opto. Ita Lydii hominem simplicem & probum ad imperium evehere maluerunt, quam potentioris ferociam experiri, quod & Hispanis facere placuit in electione Bamba. Notatione dignissimum illud est, quod Conradus I. cum in stirpe sua nullum imperio aptum deprehendisset, Henricum Aucupem hostem suum successorem sibi elegit, ob virtutes, quas in ipsius animo splendere animadverterat. Ne dicam incommodum istud de interregno, quod tanto per re illi successione propugnatores urgent, facillimè praeveneri posse, si nimirum successor ante mortem regis designetur, sicut Carolus V. petiit, ut sibi Ferdinandus substitueretur. Ita Poloni Jagelloni adhuc vivo surrogarunt Vladislaum filium, ne post obitum Jagellonis aliquid mali suspicari tenerentur. Et satis hac de re provisum est in Germania, praesertim in Electione novi Imperatoris, ubi Comiti Palatino & Duci Saxonia mortuo Imperatore administratio est demandata, donec tempore statò, & praesens ad hanc rem disposito, novus Imperator eligatur. Sic David in vita sua filium Salomonem regem constituit. Sic Achabus Iosaphum.

*Sic Azarias Ioathamum. Hoc instituto in Hispania primogenitus vel primogenita statim adipiscitur titulum, ut vocetur Infans regni. Et in Gallia primogenitus statim gaudet hoc titulo, quod si Delphinus regni. Ac non ita pridem in hoc monito Politico servando summa extitit prudentia Regina Angliæ Elisabethæ, quæ Iacobum VI. Scotiarum regem successorum suum testamento providit.*

### III.

Successivum est, in quo is honor gentilis est, & Princeps à Principe nascitur.

*Talem modum amplexi sunt: Assyrii, Medi, Persæ, Aegyptii, Asiatici, Parthi, Armenii, Turcæ, Indi, Africani, Tartari, Arabes, Moschovita, Angli, Scoti, Celta, Franci, Hispani, Perusini, Numida, Aethiopes. Quinetiâ Græci quondam, Athenienses inquam, Lacedæmonii, Sicyonii, Corinthii, Thebani, Epirota, Macedones, atque adeo Hetrusci ac Latini veteres, reges non aliter quàm à sanguine regum adepti sunt. Bodinus l. 6. de Rep. c. 5. Florente autem alicubi successione, movetur controversia: An si Princeps relinquat plures filios, illi omnes succedere debeant, an verò unus eorum reliquis debeat præferri? Pro omnibus quis pronunciet?*

*Οὐκ ἀγαθὸν πολυχειρανίη· εἰς κείραν ἔσω,  
εἰς βασιλῆς: - Homerus cecinit.*

*Et Lucanus Poëta:*

Nulla fides regni fociis, omnisque potestas,  
Impatiens confortis erit. -

*Nec hinc dissonat illud Statii Papirii:*

Ambitus impatiens & summo dulcius unum  
Stare loco, fociisque comes discordia regnis.

*Illud quoque Ovidii lib. 2. de Arte Amandi:*

Non bene cum fociis regna Venusque manent.

*Refert*

*Refert Plutarchus Chæroneus in Græcorum apophth. quòd cum à Dario talitium permulta millia Alexandro offerrentur, petereturque, ut Asiam ex æquo divideret, diceretque Parmenio: Equidem acciperem si Alexander essem. Et ego quoque, Alexander inquit, si Parmenio essem. Dario autem respondit, Neque terram duos soles, neque Asiam Reges duos tolerare. His suffragatur quod Divus Augustinus scribit: Quis factu dominationis elatus desiderat habere consortem? Tanta videlicet imperandi libido, quam nec altissima montium cacumina, nec profundissima fluviorum fossæ, nec immensa Oceani voragine ac gurgites cohibere poterunt unquam; neque tum cohibuerunt, cum Sexto Pompeio non tantum Sicilia, sed etiam hoc spirabile cælum cum vita violatis fœderibus adimeretur. Romulus ac Tatius, alter Romanorum, alter Sabiorum Rex, post aliquot prælia, percussis fœderibus societatem coierunt, eâ lege, ut populus uterque in eadem mœnia coalesceret, & Quiritium appellatione ab utroque Rege imperio communi gubernarentur. At Romulus peregrinum hominem diu ferre non potuit, sed occidi mandavit, aut ceriè sicarium deprehensum excusavit. Nec Augusti dominatum ferre potuit Antonius; nec Antonium quàm longissimis regionum intervallis disjunctum tulit Augustus. Antoninus Pius M. Aurelium, & Aelium Verum, Imperatores ejusdem Imperii socios reliquit: sed Aelius brevi, nec sine veneni suspitione interiit. Domitianus Titum Vespasianum vivum sepeliri iussit. Antoninus Bassianus Caracalla, Severi filius, Getam fratrem pendente collo matris Iulie interfecit. Ac si quando Imperator Orientis cum Occidentis Imperatore concordibus animis Romanorum Imperium tenuerunt, id nec diuturnum & miraculo proximum vid. batur. Omitto parricidia teterrima Ottomanorum, quæ pro Imperio tam multa admissa*

sunt, ut nec parentes liberis, nec liberi parentibus pepercerint: neque id mirum, cum in exigua Gerborum insula sex Reges mutuis cadibus annis paulo minus xv. occubuerint. Taceo Cambysem, qui in somnio saltem conspiciens fratrem suum Smerdin ad regnum evehendum, eundem è medio tolli iussit. Ac tamen si Galeacius II. ac Barnabas concordissimi fratres, cunabulis simul educati, sicq; Mediolanum Principatum tuerentur, ut à mutuis amplexibus divelli non possent; ad extremum tamen Galeacius fratrem cum liberis omnibus non alià quàm imperandi libidine inflammatus, truculentissimè interfecit. Crudelissimum factum Abimelech, quo modo is 70. fr. uno in lapide occiderit, notum est. Berdebocus Rex Tartarorum fratres 12. consimili cade necavit. Phraatates proprium genitorem Parthorum Regem Phraatem, ex consilio matris Tharmuse, Italicæ bestie impurissimè occultè interfecit, ut fasces Imperii consequeretur. Henricus II. filius nothus Alphonsi XI. Hispanorum Regis, Petrum legitimum imperii heredem stricto gladio obruncavit, & regnum invasit. An non & Comes Gervisiorum Wirtigornus Constanti Regi Britann. insidas struxit? An non Saphadinus novem Saladini filios suffocavit, ut ille solus dominaretur? Hæc cum sit imago, hæc proprietates ~~ad~~ ~~regni~~ ~~amoris~~ ~~q;~~ regnandi, factius est, ut in filiorum successione pro uno concludatur, pro primogenito, inquam, in unum, nisi mos contrarius receptus, aut lex alia regni sit, quam infringere non minus impium quàm portentosum, si præsertim secundum eam subditi hæcenus pacatè vixerint. Natura ipsa pro primogenito facere videtur, dum eum constituit primum bonorum paternorum heredem. Et Hier. in Genes. conceptis verbis ait: Iudaicum regnum, jure divino primogenitis competere. Nam cum Iosaphatus rex Iudæorum filios sex genuisset, loramo primogenito regnum integrum,

ceteris

ceteris annuas pensiones reliquit. Ius gentium etiam primogenito regnum adjudicat, quod contra Demetrium urgebat Perseus apud Liv. libr. 40. Ita primogeniti successerunt apud Gallos, Hispanos, Arragonenses, Anglos, Scotos, Polonos, Ungaros, Apulos, Siculos, Allobroges, Insuabres, Tusertinos, Aegyptios, Moabitas, Albanos, Græcos, Athenienses, Macedones, Troianos, Persas, Syros, Parthos, Vandalos, Gothos, Germanos, Numidas. Nec abluunt consuetudines apud Turc. Sed de illo etiam mota est controversia: Quisnam pro primogenito in regno habendus, num ante, num vero post acquisitam à patre imperii dignitatem primum natus? Nos ad ipsam naturam oculum flectentes facimus pro illo, qui primum à patre genitus est, etiamsi hic tunc temporis dignitate istà ornatus non fuerit. Et historia testantur, primogenitum semper fuisse judicatum ex ipsa naturà, nullà status vel dignitatis habità ratione. Ita Artaxerxes etiamsi ante regnum genitus erat, Cyro prælatus est. Ita Otto ab Henrico Aucup. successor designatus est, licet ante adeptam à patre regiam dignitatem natus fuerit. Occurrunt quidem aliqua etiam exempla, quæ contrarium edocent; ut quòd Xerxes Darii filius Arimem fratri primogenito ante adeptum regnum nato ante positus, quòd filius Cardis Siciliae Regis primogenito ante regni dignitatem edito prælatus fuerit. Verùm ista communi regule ab ipsa naturà lata non sunt opponenda, nec eidem præjudicare possunt. Hodie constitutio in aurea bulla Caroli IV. ubique in Imperio inter Principes Germaniæ observatur: nam filius is, qui natus est ex patre nondum electore, præfertur tamen isti filio, qui natus est ex patre electore; ita ut ille qui primò natus est, fiat elector Imperii post patris obitum, etsi ex patre nondum electore fuerit natus. Aliàs adhuc hic inserpit conflictus; Si primogenitus obierit, priusquam regnum occupasset vivo adhuc patre, reli-

Et filio & fratribus, utri in successione præferendi?  
Quædere ingentem omninò inter Politicos esse pugnam, Titus  
raq. q. 40. de jur. prim. satis superq. indicat. Pro patruo facit  
iudicium senatus Lacedæmoniorum, quo Agesilaus præla-  
tus est Leotychildi filio Agidis fratris. Facit statutum Longo-  
bard. Arabum, & Scotorum; postea tamen abolitum. Ita  
Ludovic. Pius antevertit Bernardum, filium Pipini primor-  
geniti Caroli M. Ita Honoricus Gondabundo filio Gensonis  
primigeniti prælatus. Robertus Neapolitanus secundogeni-  
tus regnum Neapoleos de collegiū Cardinalium ac Pontificis  
Romani sententia consecutus est: primogeniti verò filius  
Rex Hungariæ superatus. At Moschovitarum legibus non  
modò patruus nepote superior est imperandi jure, verùm  
etiam si casus ferat, ut primogenitus regnum adeptus filium  
impuberem relinquat, frater Imperium excipit excluso ne-  
pote. Nam Basilius magnus post fratrem primogenitum  
tamen si liberos reliquisset, rex Moschovia creatus est. San-  
xius quoq. Alphonsi X. Castiliæ regis filius fratris primoge-  
niti filios favente patre de regni spe disturbavit. Sed alte-  
ra sententia fortioribus rationibus munita est, quæ pro ne-  
pote concludit: Secundùm eam judicatur in Hispania. Simi-  
liter pronunciatur in Parlamento Franciæ. Hoc modo  
Lycurgus ad Charilaum fratris primogeniti filium sceptrum  
regni, quæ facillè invadere annuente matre potuisset, detulit.  
Aureus item primogeniti filius eadem sceptrum vivente  
Acrotato patruo post avi mortem consecutus est. Sic etiam  
Ioannes Fernandi filius Alphonso avo Lusitaniæ regi suc-  
cessit, Henrico patruo vivente. Nec multò post Sebastianus  
Ioannis primogeniti filius Emanuelus avi regnum excepit,  
non autem Henricus patruus. Ludovicus Nivernensis Bel-  
garum comitatum avo mortuo adeptus est patruo vivente  
ac spirante. At Robertus II. Rex Siciliæ decidere voluit con-  
troversiam ann. 1310. de comitatu Severini agitatam, ne-  
potem

potem præferendo. Ita quoque judicatum erat pro Britanni-  
a ducatu adversus Ioannem Monfortium. Quin apud om-  
nes gentes nepotis causam esse potiorem, scribit Molin. l. 1.  
c. 6. Usque adeò certum est, nepotes habere in bonis avi ean-  
dem portionem, quam habiturus esset pater eorum, si viveret:  
cùm subeat gradum patris & iisdem privilegiis ac juris  
bus gaudeat cum patre. Vtèrius de fœminis queritur: An  
illis etiam successio in regnis concedenda? Consuetudo  
loci quàm maximè erit attendenda, quæ si successio fœ-  
minarum in regnis probetur, nostrum non est ut illam im-  
probemus. Aliàs si absolutè pronunciandum sit, non dissi-  
mulamus, plurima pericula comitari Gynæocratiam; si oc-  
culos ad illa regna dirigamus, quibus fœmina præfuerunt,  
satis patebit, illa non usque adeò fuisse felicia, imò multis  
corruptionibus eadem laborasse. Repetat, qui volet, histor.  
Semiramidis, Loadices, Athalia, Brunhildis, Cleopatra,  
Livia matris Tiber. Casaris, Agrippina, & videat, an non  
plus detrimenti, quàm emolumenti ex imperio fœminarum  
in Rempub. redundarit. Quamobrem Persarum optima-  
tes rogationem tulerunt ad Darium Ahasueros, ut Vastidis  
superbiam severissimè coerceret, ne unius arrogantia ceteras  
ab officio revocaret. Nemo est, opinor, qui nesciat quaz  
les tragedias de se ipsa excitaverit Ioanna, quæ ab impudic-  
itia Lupa cognominata Neapoleos regina: tres enim re-  
ges eos demq. maritos crudelissimis parricidiis interfecit. Sea-  
miramis libidine regnandi acta, ut tandem regno potiretur,  
Regem necari possit. Quàm crudelia profecta sint consilia  
à Catharina Medicea, Galli, apud quos lex Salica præcipuè  
valere debuit, ob devastatam patriam & innocentium ci-  
vium laniam, dum stabit hic mundus, erunt exemplo.  
Meminit Bodinus lib. 6. de Rep. c. 5. legis cujusdam à Sena-  
tu Cardinalium lata, quæ cavetur, ne deinceps ad fœmi-  
nas Imperium Neapoleos perveniret. Ita Senatus ac Popus

*lus Scotorum sempiternâ lege vetuit, Regum uxores Regina  
nas appellari; & Romanorum exemplo, plerasq; etiam al  
lias gentes Reges ex familiis, non Reginas elegerunt, autor est  
Alex. ab Alex. l. 4. c. 23.*

I V.

Monarchiæ opponitur Tyrānis, quæ est  
vis publica, quando Monarcha cōtra divi-  
nas, naturales & regni leges ad propriā tan-  
tū utilitatem & libidinē imperio abutitur.

Tyrannus, *ex sententia Politicorum*, est vel absque ti-  
tulo, vel exercitio. Tyrannus absq; titulo est, qui Rem-  
pub. sibi non commissam, vi, scelere, vel malis artibus,  
sine ullo iusto, vel electionis, vel successionis titulo, aut  
belli iustâ causâ invadit, sine consensu populi. Tyran-  
nus Exercitio est, qui postquam legitimè constitu-  
tus Magistratus est, non ex lege & moribus gubernat,  
aut qui abutitur imperio, & ipsam dignitatem in suam  
convertit prædam, & quæstum facit ex populo inde-  
bitè, quem ab oppressione ratione potestatis sibi con-  
cessæ, protegere & tueri debebat. *Talis Tyrannus non  
protinus censendus est, quando in aliqua tantum officii &  
gubernationis parte lapsus est. Hominem eum esse cogitan-  
dum est: unde vel optimi, in officio quandoq; languent, nec  
tamen ideò ut Tyranni habendi sunt vel tractandi. Arist. l.  
5. pol. c. 10. Bodinus l. 2. de Rep. c. 4. Lipsius l. 6. pol. c. 5. Althus-  
sius polit. c. 14. Keck. l. 1. pol. c. 28. Marc. Ant. Natta de princ.  
doct. l. 6. Ioan. Crüg. coll. pol. disp. 4. th. 29. Chrysof. hom. 34.  
ep. ad Hebr. Augustinus de civ. Dei l. 4. c. 23.*

V.

Tyranni utrum tolerādi & ferendi, an è  
medio tollendi & auferēdi, controvertitur?

*Distina*

*Distinguendum censemus tam inter subditos quàm  
tyrannos; adeò ut optimates regni universi obstinato  
tyrāno, sive exercitio is sit, sive sine titulo, resistere te-  
neantur, hi enim cum ex jussu & cōsensu populi jus creandi  
magistratum habeant, etiam potestatem eum judicandi  
& removendi habent; Privati verò solum Tyrannum  
absque Titulo, quia nullum habet fundamentū sui prin-  
cipatus sive regiminis. Cōtra Tyrānum exercitio tale quid  
moliri non possunt: sed patienter ipsius jugum ferre debent,  
liberationemq; divinam præstolari.*

*Corollarium*

COROLLARIUM.

**N**VM Princeps suo tantum cōsilio Rem-  
pub. administrare, an verò etiam pru-  
dentes consiliarios sibi adsciscere debeat?

Tanta quidem interdum est Principū solertia, vel suspe-  
cta suorum æquè ac posterorum fides, ut seipso meliorè ac  
prudentiorem, quem consulere possit, habeat neminem: ut  
de pugnacissimo ac laudabilissimo Germanico heroè, Ca-  
rolo Magno, qui sapientiâ Salomonem, prudentiâ Augu-  
stum, moderatione Aurelium æquavit, de Antonino item  
Philosopho, Alphonso, aliisq; regibus, justitiæ & pietatis  
assertoribus gloriosissimis, aliquis facilè affirmaret: Ita de  
Antigono Asiæ Rege, Ludov. XI. Gall. Rege, cujus vestigiis  
insistere Carolus V. Imperator non dubitavit, de Caio item  
Cæsare legimus, quòd rerum gerendarū tam occulta con-  
silia capere consueverint, ut prius confectæ essent, quàm  
consilium captū putaretur: ita res maximas illi pace ac bel-  
lo gesserunt, potentissimorumq; hostium opes, quas nullâ  
vi poterant, sapientissimis consiliis fregerunt; attamen cum  
sapientiæ decus ac splendor rarissimè inter mortales elu-  
ceat, rariùs etiâ inter Principes, quos immortalis Dei uni-  
versita-



verſitatis moderatoris munere & conſeſſu hominũ generi  
datos, gratiſſimis ac deſideratiſſimis animis excipere de-  
bemus, nihil majus ac melius oprandũ reſtat, quàm ut pru-  
dentiſſimorum hominum conſiliis ac prudentiã, à qua de-  
ſeruntur, uti velint, alioqui inanis ſit ejuſ Principiſ ſapien-  
tia, qui improbiſſimorũ ac perſidioſiſſimorum hominũ co-  
ronã ſtipatus, Remp. opprimi deturbariſq; patiatur. Opti-  
mis igitur conſiliis non ſolum in rebus graviſſimis, ſed etiã  
in mediocribus ac minimis Principem uti oportere judica-  
mus: quia nihil tanti ponderis eſt ac momenti, ad reſ agen-  
das in omni Rerum publicarum genere, quàm ſenatus au-  
toritate & conſilio decerni, eoſque magis ſi dubitetur, uti-  
le ſit necne quod Princeps velit. Quid enim recto conſilio  
ſacratius? Conſilium fundamentũ rerum omnium: conſi-  
liis & ſapienti Senatu ſublato, quaſi Reipub. concuſſis fun-  
damentiſ, omnia ſuſſum & deoſſum ſunt ruitura. Senatus  
pax eſt populorũ, tutamen Patriã, immunitas plebiſ, mu-  
nimentum gentiſ, gaudium hominũ, ſolatiũ pauperum,  
hãreditas filiorũ, & ſibi metiſ ſpes futurã beatitatiſ. Hic  
pietate omni venerandus, ſacraſſimus, auguſtiſſimus, hic  
vitã humanã præſeſ, bonorumq; omniũ locupletiſſimus  
elargitor. Conſiliis civitateſ à parviſ & humilibuſ profe-  
ctã principiſ brevi tempore ad magnam potentiam per-  
venerunt: conſiliorum neglectu florentiſſimã, opulentiſ-  
imã rebusq; omnibuſ abundantiſſimã, breviori tempore  
funditũſ conciderunt. Sed quid opus in re cognitiſſima &  
luculentiſſima pluſ confirmationiſ nervoſ intendere?  
Numeroſiſſima adſunt experienciã monumenta, non viri-  
buſ, aut velocitatibuſ, aut celeritate corporum, ſed conſilio  
ac auctoritate reſ magnas geri; quod cum ſaperet Agame-  
mnon, nõ multoſ Aiaceſ, ſed Neſtoroſ ſibi optavit, ad Tro-  
iam faciliũſ oppugnandã & feliciũſ obtinendam. Et quid  
Hieron. Siciliã Regi cervicem fregit, niſi quod in-  
ſolenter ac ſuperbẽ dominaretur, ac  
ſenatum nullã de re con-  
ſuleret?

Τῶ Θεῶ μόνω δόξα.



SYMPLEGAS  
CONTROVERSARVM  
QUÆSTIONUM NOMICO-POLI-  
ticarum, tam foro quàm Scholiſ vtilium,  
ADORNATA:

ET  
JEHOVA Docente  
THEMISTA Ducente

VIRO CLARISSIMO ET CONSVLTISSIMO  
DN. JOHANNÉ MICHAELÉ  
BEVTHÉRO J. V. D. & Codiciſ Juſti-  
niani in Atheno Alſatia incluto Profeſſore or-  
dinario, eiuſdemq; p. t. Rectore Magnifico,  
Fautore & Præceptore ſuo reuenter  
colendo,

PRÆSIDENTE:

PUBLICÆ CORONÆ confidentium & differen-  
tium ad examinandum


PROPOSITA

à

JACOBO SZELLECZKY Pan.  
Mēſe Septembri.

Argentorati, typiſ Antonij Bertrami Academiã Typographi.

M. D. C. XIV.

  
**ILLUSTRI ET GENEROSO DO-**  
**MINO, DOMINO STEPHANO LISTHO,**  
L. B. in Kópchen, Kabold & Prellokirchen: Domino in Somlo & Ja-  
moshaza &c. Sacrae Caesareae Regiaeq; Majestati à Consilijs,  
ac in Florentissimo Hungariae Regno judicij Supremi  
Adfessori &c. Domino & Mecænati tuo  
benignissimo. S.P.D.



*V*erissimam & quasi ex oraculo editam esse illam Platonis  
vocem, Illustris & Generose Dn. Baro, eventus, &  
& experientia quotidiana planum fecit: Tum demum  
beatas fore Respub. si aut docti & sapientes eas  
regere cœpissent: aut qui regerent, omne suum  
studium in doctrina ac sapientia collocassent. Opti-  
mo enim ordine & consilio instituta Dynarchia: uni-  
câ & solâ, quae sapientum germana est prudentia, ut gubernentur, amplentur  
& conserventur oportet: cum ruditatis & imperitiae pedissequa sit temeritas:  
doctrina verò prudentia: ab illa rebus & florentissimis urbibus calamitatem:  
ab hac seculis felicitatem ortam & natam, non tam historia, quam etiam me-  
moriam rerum recens nobis evidenter commonstrant. Et, sicut Nauclerus in-  
dustrius & navigandi peritus: cui caeca vada & occulta maris voragine per-  
specta sunt: quivè tempestates quasvis vel Vitare, vel prudenter moderando  
infringere novit, navem quam regit, ad occultos scopulos non facile alliserit:  
neq; Charybdibus vorandam: vel tempestate frangendam adegerit: sed in tu-  
rum optatumq; portum eam feliciter perduxerit: Sic etiam ij, qui ad clavum  
Reipub. sedent: si literis bonis & scientijs poltioribus probe sint exculti: sapien-  
tiâ & prudentia cumulatisimè dotati, partibus sui muneris feliciter & sine  
navis fragio populorum defunguntur. Et quae quaso hodie turbarum & fluctua-  
tionum alia in Mundo est causa? quam quòd quercus arida in pomaria ut pal-  
mae sint rigua & exculta demigrent, hoc est ij, qui ne ora quidem fonte probê-  
te Caballino: neq; literas neq; natate docti, fascies dignitatum & officiorum publi-  
corum, arte sublesta & fide habeant, ambient. Et hoc modo delati ad regim, na-  
Rerumpub. eas suis intempestivis, & non satis ad Solem sapientiae excoctis c on-  
silijs mi-

ORSZ. SZÉCHENYI-KÖNYVTÁR  
B. Növedéknapló  
1957 év 1668 SZ

filij miserè turbant: rectius dixerim deturpant: speratâq; tandem destituti  
gloriâ invidiam incurrunt. Vel, cum terrori se alijs expectassent fore, con-  
filij involvuntur lubricis & procellosis, vt sæpenumerò sibi, suisq; grave ma-  
lum: imò & perniciem extremam accelerent. Deploranda itaq; & detestan-  
da hæc effata sterilisq; Virtutum senectâ: qua si cum prisco & majorum no-  
strorum ævo minima conferatur ex parte, Vana erit umbra ad Solem.  
Quanta etenim (proh dolor!) penuria & paucitas sit optimorum virorum, qui  
veluti succenturiati in eorum vestigia, quos exauthorare per mortem sum-  
mo placet. Moderatori succedere possent? quàm rari ij, qui fidi sint & con-  
stantes depositi sancti custodes atq; propugnatores? quàm exigua manus per-  
vigilum Sacerdotum & cultorum. Diva illius ex candido Jovis cerebro pro-  
genita? Ut verè radiatum illud lumen literature ad Hesperios & occasum  
abire, ac barbara barbaries pleno veluti passu gradiens, prorsusq; jam fero-  
ciens adita Sacra Themidos subire videatur: Cujus rei M. Aurelius Im-  
peratorum illustre speculum (referente Antonio de Guevarra in horo-  
logio, non arena, Solis, aquæ, aut horarum, sed ipsius vitæ tam sublimioris  
quàm inferioris status & conditionis hominum, ut ordinanda ita instituen-  
da,) hanc unicam reddit causam: quòd non eam adhibeant patres in edu-  
candis liberis curam & sollicitudinem, quæ à majoribus fuit adhibita: ve-  
rùm eos cum lacte statim materno licentiam effrenem, quæ hominem ab  
omnibus studijs avocet, & totum quantum quantum est cano immergit, imbi-  
bere, natos in purpurâ domi sub tecto sedere: in delitijs educatos adfixos esse suæ  
terræ: atq; adeò in otio omni laude & gloriâ carente adolescere, consene-  
scere, patiantur: quid literarum mereantur sacra parum aut nihil pensitan-  
tes. Unde fit ut sanè plerumq; & Heroum filij noxæ sint: nec ulla  
ferè familia sit ex qua non κατὰ πρόωρον prodierint, & adhuc prodeant, te-  
ste Aelian. Sicut enim solum bonum ferax est: sed squaler neglectum: atq;  
quò est indole præstantiore eò magis per inertiam destitutum: culturâ sene-  
scit: cultum tamen confestim præstantes edit fructus: Ita etiam literarum se-  
mentum felici & nobiliori mandatum solo extemplo seduli animi germen  
producit & effectum uberem virtutis: incultum sterile scit, plebesum sit & hu-  
mile. Vera quippe nobilitas, teste D. Ambrosio, cujus responsum magno-  
pere placuit juris Canonici auctoribus, nec generis splendore, nec gentilitio  
stemmate solum, sed inprimis virtute acquiritur, cumulatùr, sartâ tectâq;  
conservatur: ad quam certè litera & honestarum disciplinarum cognitio ani-  
mum hominis apprime instruunt & adornant; Per doctrinam, ut eleganter

Latia.

Latia historia Harpax ait, non solum pulchrior comitiorq; redditur virtus, sed  
fortior, nec colorem modò ab illa derivat sed sanguinem & robur: hæc astra  
ostendit, quæ vitium occulit: nubes densas, quas ruditas adjicit, clarat & di-  
scutit: Hæc unicum & solidum est bonum, quod fortunæ inexpugnabile: à  
sycophantarum rapinâ tutum: à morbis incorruptum: à senectutis injuria  
securum, quod Bellona furens & frendens, quæ torrentis modo omnia secum  
trahit: atq; transversa rapit, non potest detrahere: (cùm bellum nequaquam  
pradam faciat scientiam ut rectè Stilpon Philosophus Megarensis, te-  
ste Plutarcho respondit.) Hæc in rebus prosperis est Regnorum speciosum  
palatium: in adversis præsens solatium: floriditatis fundamentum: immor-  
talitatis columen & firmamentum: Sed nec quicquam aliud nobiles familias  
magis illustrare, seciliusvè beare potest, quàm si Marte sagog; clara existant:  
(Martialia etenim ingenia suo permittamus abundare sensu, nam Trahit  
sua quemq; voluptas.) arte togâq; sint celebres: versatâq; in hoc Mundo  
quasi vitæ humano Theatro in Musarum castris florem vitæ occuparint, &  
rerum maximarum cognitionem adquisiverint: Ut illud manifestè compro-  
bat, & ad ipsius etiam Imperatoris, qui omnis dignitatis & nobilitatis sca-  
turigo est, personam accommodat; gentis Pannoniæ lumen & culmen  
Sacratissimus Imperator Justinianus, cùm Imperatoriam Majestatem  
non solum armis decoratam, sed etiam legibus armatam esse debe-  
re rectè ait; nec minùs etiam confirmat Ladislai Regis Hungariæ into-  
nantis & insonantis vox Regia: Eum non videri sibi hominem: qui  
crateras Pieridum multiplices non hausisset impiger. Hanc Tibi  
quoq; frontem & mentem. Illustris ac Generose Dn. Baro semper fuisse  
quis inspicibatur? Ut enim esses quantum dare Majores potuere spretâ igna-  
viâ dulcedine & voluptatis illecebrâ, Herculis Prodicij à prima statim  
ætate semitam ingressus es & calcasti: ac non solum apud patrias sedes, sed  
& diversitatem Regionum & mores hominum dissidentium penitus inspicens,  
prudentiam, scientiam, mores deniq; planè & plene Heroicos secutus imò asse-  
cutus es: Sed & hoc agis: ut cum ipse Maximus sis, majorem Te tamen quan-  
doq; prolem relinquas nostræ communi patriæ; (quæ si aliàs unquam nunc  
me Christe, post divinum auxilium, nobilitatis literatæ, sapientis, constantis  
unicè præsidia requirit) fortem, prudentem omnibusq; fortunæ & absolu-  
tissima virtutis subsidijs atq; ornamentis instructam: Quod etiam hæcenus  
magnâ cum nominis Tui laude probatum reddere haud prætermisisti, filium  
Tuum Generosum, ut charissimum, ita optatum D. Franciscum Lithium

A 3

L.B. morum

**L. B.** &c. *morum elegantium honestamento undecunq; refertissimum, & generosa amulatione exprimentem decus stirpis Magnanima: plurium Patria nostra Procerum laudabili exemplo & consilio, magnis quidem sumptibus & laboribus, non tamen sine spe ingentium fructuum in celeberrimum Argentoratensium Athæneum ablegando: ex quo tanquam ex equo Trojano prodierunt, & quotidie prodeunt plurimi, qui Principum aulis: Dicasterijs & Rebus p. feliciter utiliterq; praesunt: Ita ut nulla sit provincia Germania capacissima, vix ulla Senatus curiae ulla, in qua non aliqui docti & prudentes viri ad gubernacula consideant, qui ibi bonarum literarum studijs operam suam non locarint: Huic vel adhuc hodie quantum acceptum ferant, quantum sibi de eo gratulentur potentissima Europæ Regna Hungaria & Boemia, vivis coloribus exemplorum impraesentiarum illustrare, neq; hoc in os, quod dicitur, laudare volo, quod molestum esse viris bonis Tragicus scribit Poëta. Quod ad Hungariam attinet, illa certè non immeritò sua felicitati multis modis applaudit. Cum ex ejus Archivo locupletissimo non fungos putidos, non vapulas papyrias, sed gemmas & uniones asportaverit, qui vel maxime raritate se sua domi forisq; commendant, & nitore suo in hoc turbato statu rerum nebulas atras aris & focus nostris favam tempestatem minitantes, discutiant & irradiant. Ut autem ceteros Magnos Heroas, qui in medium adferri possent quam plurimi, quorum virtus spectata, ejusq; comites auctoritas & felicitas tantum praeceteris eminent, quantum lenta solent inter Viburna cupressi: quosvè Cæsar & Rex Opt. Max. (quem DEVS orbi Christiano longum superare vellet) clementiæ suæ radijs illustrat, & consilij promos & condos legit, silentij contegam nube: Quis quæso quantumq; est, quem honoris causâ nomino & multum suspicio & veneror, Illustris ac Generosus Baro, D. Petrus à Revva, Comes Dynastiæ Turocensis: Sacræ Regni Hungariæ Coronæ conservator: Curia Regalis Magister: nec non Sacri Cæsaris: Regiæq; Majestati à Consilijs: qui pro natura sua benignè, pro ingenio prudenter agit adhuc causam Palladis in ipsa etiam Bellona: literas & lite os summo prosequitur studio, auctoritate tuetur: splendore ornat: benignitate fovet: cuius deniq; consilium, fidem & opem, res patriæ nostræ quæ penè in acie novacula constituta videbantur, annis superioribus per omnes Regni articulos serpente gangrenâ sanguinolenti belli, impetratâ in religionis negotio tranquillitate & securitate publicâ sensere praesentissimam & fidissimam, quæ ipsius merita præclara & cetero digna facinora, nemo unquam memori eximet avo. Quocirca ut & ego, temporis, studiorum, ac*

*vite*

*vite in hoc ipso Emporio incluto, & tanquam mercatura bonarum artium hæcenus transactorum, viris synceris, meiq; amantibus, ( Buccorum namq; ac Lentulorum flagellantium linguas Tribunitias & stolidos Hermas quæ satiaverit? ) qualemcunq; symbolam & specimen exhiberem: quantum natura humana imbecillitas tulit, & ingenij mei passa est tenuitas, spe facti melioris & vindicis fortuna, quæstiones certas controversas juridico-politicas non minus utiles quam necessarias passim de promisi, collegi, & in hunc quasi fasciculum redegi: quas etiam non certè eruditionis aut ingenij ulla ostentatione, quod sentio in me esse exiguum: sed potius discendi & veritatis, quæ sæpius exagitata magis splendescit in luce, indaganda gratiâ, in Fama scenam produco & censura publica expono. Hosce autem laborum meorum fructus & proventus, Illustri Tuæ Magnificentia integros lubens meritoq; libo, consecro, ex officio, ex animo, voloq; hoc exiguum meum literarium musculum erga Tuam Generositatem æviternæ observantia & reverentia testem esse perpetuum. Quod ut faciam, multa me hortantur & invitant. Inprimis autem Heroica & penè divina Tuæ virtutes: ( ea enim est virtutis natura, ut nos alliciat ad sese, efficiatq; ut honore prosequamur eos, qui salebrosam illius iter ad summum usq; honoris & gloriæ fastigium sunt emensi, ) quæ tot tantæq; sunt, ut nemo non eas suspiciat, colat, admiretur, quorum numero me quoq; contineri palam attestor. Invideta videlicet in vera & Orthodoxa religione tuenda ac propaganda animi Tui constantia: omitto prudentiam, candorem, fervens studium pacis & justitiæ: taceo magnificam erga totius orbis opes & auctores benivolentiam: erga literas & earum Mystas singularem pietatem & affectionem, quæ cuncta & singula vivent, vigeantq; æviternum, magnoq; Tuo merito Heros Magne eorum inserent choro: quos patriam consilio juvisse, meritis exornasse & fide ampliâsse sera posteritas deprædicatura est. Calcar addidit eximius etiam in me favor & propensio, amplissimaq; beneficia, à rivo Munificentia Tuæ in me hæcenus derivata, quæ, ego Deo duce & vitæ comite, non solum pro virili demereri, sed & gratâ semper mente recolere, atq; tueri non prætermittam. Adspira itaq; hisce meis proletaria eruditionis conatibus, Domine & Mecænas submissâ fronte, subjectâ mente colende, ingeniq; hanc Vindemiam præcocem & immaturam, quæ ara tua, quæ suavioribus & solidioribus solita est onerari epulis, libatur & consecratur, placidè & solitâ lenitate accipe, atq; faventia & lubentia Tuæ radijs & caloribus fove, imitatus eos, qui sinceritatem animi & voluntatem promptam offerentis maximis*

*etiam*

etiam donis solent anteferre. Id si mihi, quod spero, obtigerit, felicitati mee non invitus gratulabor; laboremq; meum (quantuluscunq; est) satis putabo repensatum, & ad consociendum cursum ceptum malum erigam animo bono & fidenti. Quod superest, Deum Opt: Max: ardentibus imploro votis, ut florentissima patria nostra porro quog; assatim benedicere, & ut alia omnia fausta & secunda, ita contra immanem illum Christiani nominis hostem Turcam successus felices ac victorias largiri dignetur: regat actiones & consilia suo Sancto Spiritu Procerum & Ordinum univerforum: eosq; sincera fidei atq; charitatis vinculo, ceu glutine quodam in unum quasi corpus compactos custodiat & conseruet: faciat, ut quod haecenus est praestitum, Ecclesiarum & Scholarum sint nutritij: sub horum felici Regimine propagetur ad posteros incontaminata Dei agnitio & religio: misericordia & veritas sibi mutuo occurrant: justitia & pax sese osculentur invicem: honestas & disciplina in omnibus Ordinibus floreat: mala ac pericula omnia longe arceantur: absint deniq; ea omnia, quae acerbam hanc vitam reddere, Respub. Dynarchias, regna, Imperia turbare & pessundare solent. Quo in voto meum proloquium finio, Teq; Illustris ac Generose D. Baro cum omnibus Tuis gloria divina & usibus humanis, Hungariaeq; Totius florem & nitore beatum ac florentem diu vivere & superesse ex animo cupio. Scripsi Argentorati 18. Cal. Octob. ANNO M. DC. XIV.

Stirpi Gloriæq; Generositatis Tuae.

Aeterno cultu devotus.

Jacobus Szelleczky de Szellecz.



D. O. M. A.

I.

**Q**uod rectè & præclarè eximium illud lumen Philosophia Aristoteles scriptum reliquit: Tunc unum quodq; scire arbitramur, cum ejus causas & principia cognoscimus. Hoc ipsum, ut in reliquis artibus & scientiis: sic vel maximè in augustissima & sacratissima arte, quæ est de bono & æquo, verum esse deprehendimus. Nullus enim cum laude & fructu in ea versari: multò minùs exquisitam eruditionè consequi: & vacillantem mentem ex vado fluctuantium acturbidorum judiciorum in portum optatum deducere poterit: qui non eorum, quæ à majoribus, (qui ob suam excellentem doctrinam, & præstantiam ingenii, viri prudentes l. 1. ff. de legib. absolute prudentes in rub. ff. de Origine Juris. & in l. 2. §. his legib. 5. ff. eodem. l. 31. ff. De vulgar. & Pup. subst. Cujac. 7. observ. 25. & Justitiae sacerdotes l. 1. §. 2. ff. de J. & J. habitifuerunt) simpliciter prolata sunt,

B ta sunt,

ta sunt, causas, rationesq; accurate & ad amissim investiga verit, pondera verit, & ad finem arti huic propositum accommoda verit: cum praesertim omnis lex in dubio casu statuatur: arg. l. quod Labeo, 9. ff. de Carb. Edicto. l. ancilla 12. C. De furtis & servo corrupto: nec sufficiat ad intelligentiam rei cuiuslibet consequendam, decidendi rationem percepisse: nisi & dubitationum causas simul investiga verimus. Hinc & Romana Eloquentia Quiritum elegantissimus lib. 1. de Orat. Jurisconsultum in persona Antonii his definit verbis: Si quaeretur, inquit, quisnam Jurisconsultus verè nominaretur, eum dicerem, qui legum & consuetudinis eius, quàm privati in Civitate uterentur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cavendum peritus esset: Nec non Arcadius Charisius in l. 18. §. 26. ff. De muner. & honor. Herennium & Modestinum notando & disputando benè & optima ratione decrevisse scitè & venustè asserit.

I 1.

Et cum quotidiana, qua sunt, plenius ac crebrius pertractanda, a) opera precium facturos & nos rati sumus, certas quasdam questiones miscellaneas, necessarias tamè & ad usum quotidianum apprimè accommodatas, exercitii gratià

gratià impraesentiarum publica disquisitioni subicere: & quid, missis nunc aliorum opinionibus, a) de iis re vera b) de iis statuendum esse censeamus, indicare.

a) Legavi 25. ff. de liber. legat. b) δει γὰρ ἐπὶ σωτηρίᾳ γένηται τὸ ἀληθὲς καὶ τὰ δίκαια ἀναστῆναι. Oportet namque veritatis causa sua etiam tollere: Et licet chari quoque sint amici: tamen pium est plura facere veritatem, quemadmodum Aristoteles lib. 1. Eth. cap. 6. ostendit. Neque vir proponendus est veritati: ut Plato lib. 10. de Repub. scribit.

I 1 1.

Humanum genus absque societate vivere non posse, a) nec societatem ullam tutam, vel Diuturnam absque legibus existere, b) testatur divinus ille Plato, c) & Magistratibus subijci necessarium est: non solum propter iram, verum etiam propter conscientiam: d) Unde omnis populus, aut rege e) aut lege f) aut consuetudine, g) regitur:

a) Quia homo ut dicit Aristot. 1. Polit. c. 2. est natura ζῷον πολιτικόν: Et societatis communis vitae capax, Vult. Iurisp. Rom. lib. 1. c. 4. b) ut enim corpora nostra sine mente: sic Civitas sine lege suis partibus & nervis, ac sanguine & membris uti non potest, Cic. pro Cluent. Et multitudo coalescere in unius populi corpus, nulla re quam legibus potest Div. lib. 1. quia lex auctore Chrysippo, tam divinarum quam humanarum rerum regina, & certa quaedam omnium earum rerum, quae vel honestè ac justè, vel turpiter & injustè fiunt, regula existit. l. 2. ff. de LL. c) lib. 3. de Legib. d) teste electissimo illo Dei organo D. Paulo in Epist. ad Rom. 13. v. 5. ad Tit. 3. v. 1. Et c. non frustra, 23. q. 5. e) Olim enim manu Regia seu arbitrio Principum omnia gubernabantur, l. 2. ff. de orig. juris. Et ab his ad populum fiebat provocatio, Cic. 1. de Repub. sed

B 2

postea

postea leges promulgatae fuerunt, inq; eorum locum successerunt, d. l. 2. f) Lege videlicet communi scripta, vel statutis propriis: & hoc modo gubernari videmus plurimas provincias & Regna potentissima. g) Vt pars Galliae & innumeræ Civitates, *Rebuff. in Tractat. de consuet. art. 2. gl. 2.*

I V.

*In ipso autem statim vestibulo hujus disquisitionis nostræ, non male quæri potest: An pios homines omnes omnino Constitutiones Magistratus, hoc est, Epistolæ, Decreta & Edicta, a) obstringant: ac ab iisdem pro legibus censerī debeant? b) Et an ea, quæ à falso Magistratu, per Magistratus nomen gesta sunt, rata esse debeant, nec ne? In priori questione distinguimus. c) posteriorem verò simpliciter affirmamus. d)*

a) Quæ omnia constitutionis nomine continentur, *D. Obrecht. disput. 1. de princip. jur. Thesi 77. & seqq.* b) Ita scilicet, quatenus apud Magistratū est potestas condendæ legis, nam ab eo scriptæ etiam bonæ leges, cui legis scribendæ nullum jus est, neque pro legibus habendæ sunt, neque ullos obstringunt, *per gloss. in l. 1. & ibi Bart. num. 3. ff. de jurisdic. Danæus l. 5. cap. 2. Polit. Christ.* c) Si leges illæ sint manifestè injustæ & impiæ, sed tamen latæ receptæque, dicimus veros Dei homines nō obstringi ad eas servandas ἀπλῶς & simpliciter: uti ad justas & honestas leges: *per l. 15. ff. de cond. & instit. & arg. l. 6. C. de pact. l. 7. & 27. ff. cod.* Sed animis nostris illud occurrere debet, quod habetur in *Actis Apost. cap. 4. v. 19. Rom. 1. v. 32.* Et illud Christi Servatoris, *Matth. 10. v. 33.* qui me abnegaverit coram hominibus, abnegabo quoq; ego eum coram Deo patre meo in cælis. *August. in Epistola ad Bonifac. cujus responsum repetitum est. in Can. Imperatores, Dist. 9. & Imp. 93. c. 11. q. 3.* Obstringi tamen eos aliquomodo: quatenus iis neq; vi, neq; manu

manu facta, aut collecta, neque armis possunt aut debent resistere? *Danæus d. lib. 5. Polit. c. 2.* d) Propter utilitatem videlicet eorum, qui apud eum vel lege, vel quo alio jure egerunt: nam etiam contra strictas juris Regulas ad Reipub. utilitatem accommodatum jus singulare quandoque admittitur: *l. jus singulare 16. ff. de leg. l. justo errore, 44. ff. de usurpat. fac. tot. tit. ff. de eo qui pro tutor. negot. gess. & l. Barbar. 3. ff. de officio Pratorum.*

V.

*Statutum a) quod & jus provinciale & Municipale b) dicitur, est jus civile privatum, c) scriptum, expresso consensu populi d) inductum, publicam utilitatem respiciens: e) Estq; aut in rem, f) aut in personam. g)*

a) Jus statuti, sic enim in *Auth. Cassa, C. de S. S. Eccl. habetur.* b) *l. Item eorum, 6. ff. quod cujusq; univers. nomine. l. ut gradatim 11. S. 1. ff. De muner. & honor. aliàs dicitur jus locale, provinciale, civitatis, Germ. Landrecht/ Statrecht/ Weichbildt/ Willkür. Coler. in process. execut. 1. c. 3. in prin.* Tale etiam fuit jus Romanum, verum ampliatis jam finibus Imperii, cepit esse commune inter omnes orbis Rom. populos: *l. in orbe 17. ff. de statu ho.* c) ad differentiam juris cōmunis: quod indistinctè ligat omnes qui sunt sub Imperio Romano; hoc autem regulariter tantum subditos statuentium ligat, non autem alios. *l. omnes populi, ff. de Justit. & Jur.* d) Causa enim efficiens statuti est expressus populi consensus, sicuti consuetudinis tacitus, (*ut infra thes. 12. dicitur*) imperium, sive jurisdictionem, sive rerum suarum administrationem habentis, *l. nulli 10. C. De sentent. & interl. om. jud. l. 20. ff. de jurisdic. S. sed jus quidem 2. Inst. de J. N. G. & C.* e) Et hæc est causa finalis, cujus gratiā conduntur statuta. f) In rem concepta dicuntur statuta, ut si ad bona ipsa in territorio statuentium sita pertineant: eorum bonorum dominus illis adstringetur: ac pari lege in ipsorum juriū possessoriorum conservatione, atque causarum cunctarum inde emergendarum prosecutione, & eadem consuetudine gaudebit. *l. rescripto Divorum. 6. S. fin. ff. de muner. & honor.* tam civis quàm extraneus:

Exempli gratia, si statutum vetet aedes altius tollere, nec civis, nec extraneus altius erigere, vel in aliam formam mutare poterit, l. an intotum, 3. C. de adif. priv. Gaill. 2. obs. 52. n. 23. Laicus sive Clericus: l. De his clericis 3. C. De Ep. & Clericis. g) Et talia solos cives non etiam externos obligant. l. 1. §. quod autem 2 ff. De Tut. & curat. datis. l. 1. §. si heres 16. ff. ad S. C. Trebell. d. l. 6. in fin. ff. de muner.

## V I.

Excipimus tamen quatuor casus, a) propter quos advenas legibus municipiorum & aliena jurisdictioni subijci consensimus: An verò legati b) peregrina Civitatis statuto, & studiosi c) eorum locorum d) ubi studiorum causa commorantur, obnoxii sint, elegans est questio? Nos utrumque de jure negamus.

a) Primò Ratione contractus: quia respectu causae principalis contrahens sortitur forum loci contractus, l. haeres absens 19. ff. de iudic. l. 2. C. de iurisd. omn. iud. unde si Argentinae contractum praesente uno ex duobus Notariis contractuum juratis, non indistinctè quoecunque Notario, fieri oporteat, civis Parisiensis ibi contrahens legibus Civitatis Argentinensis parere compellitur, facit l. magis puto 5. §. 12. ff. De rebus eorum qui sub. tut. vel. & ibi D. Gotthofr. Deinde si in alio loco litiget: Hoc enim pacto respectu ordinis & instructionis iudiciorum se jurisdictioni loci subijcere videtur. l. cum clericis 25. C. de Episc. & Cler. l. testium fides 3. §. fin. ff. de testib. Tertiò ratione delicti: Auth. quae in provincia, C. ubi de Crim. agi oport. l. sunt quaedam. 9. ff. de extraord. crim. quia tunc quasi tacito consensu obligari videtur, ac proinde poenam in eo loco usitatam subire cogitur. Quartò propter factionem testamenti: Actuum etenim solennia pertinent ad eorum jurisdictionem, in quorum territorio celebrata sunt: d. l. testium fides 3. §. fin. ff. de testibus. l. Testamenti tabulas 2. C. quemadmodum test. aper. l. semper in stipul. 34. ff. de R. J. Gaill. 2. obs. 123. n. 1. & 2. Myns. 5. obs. 20. b) Quia Legatus affert & adducit secum juris gentium leges & normas, secundum quas examinari & puniri delicta ejus oportet, quod jus naturalis rationis du-

ctum

ctum viamque sequitur. l. 1. l. 9. ff. de J. & J. Instit. de J. N. G. & C. Unde Tullius: consensio inquit omnium gentium lex naturae putanda est; Legatus itaque qui ex moribus suis acinacem & telum gerit, si pervenerit in oppidum vel provinciam, ubi gravissimae poenae sanctione prohibitum est, ne quis gladium in publico gerat, hoc interdicto ut & aliis similibus conveniri non potest: Vide Legatum Kirchn. lib. 2. c. 1. n. 126. & seqq. ò si in loco legationis ante legationem contraxerint legati, non possunt ibi tempore legationis conveniri: sed privilegium habent revocandi domum, id est, possunt petere, ut causa ad locum, in quo habent domicilium, remittatur, l. 2. §. legatus 3. & §. seq. ff. de iudic. Bronch. évaythoqav. cen. 1. assert. 68. c) Quo nomine & Doctores, Licentiatos, Magistros, Professoresque intelligimus, d) Per ea, quae notat Gaill. 2. obs. 32, & fac. Auth. habita, ubi DD. com. C. ne filius pro patre: aliud est in favorabilibus, in his enim civium, inter quos vivunt statutum ad ipsos pertinere arbitramur. Auth. Cassa C. de S. S. Ecclesis & notat Gaill. 2. obs. 124. Myns. 5. obs. 99. Et 6. obs. 32.

## V I I.

Effectus statutorum est: ut si fuerint condita de casibus, de quibus jure communi nihil dispositum est, valeant indistinctè: a) obtineant vim legis, imò & jus positivum non solum restringant, sed etiam tollant. b)

a) Modò sint honesta & rationabilia, nec contra bonos mores, per d. l. pacta qua contra 6. C. de pact. cap. erit, ibi: lex sit honesta, justa, & possibilis, dist. 4. cap. constitutiones, dist. 10. Gaill. 2. obs. 18. n. 4. b) l. omnes populi 9. ff. de J. & J. Fallit tamen si aliqua lex derogatoria extet, quae scilicet prohibeat in specie super tali casu condita statuta: Vt est text. in Auth. omnes peregrini, §. hospes verò, C. Communia de success. l. sodales sunt. 4. ff. de colleg. & corpor. Auth. Cassa C. de S. S. Eccl. Item in casibus principi reservatis, veluti in legitimatione spuriorum: & venia aetatis impetranda, super quibus nullum statutum valet, Jason. in d. l. omnes populi 9. ff. de J. & Jure.

Vires



*Vires autem seu vigorem statutū habere incipit à tempore scientiæ: a) inter ignorantes verò & in provinciis post spacium duorum mensium: b) neque illud ad præterita trahi oportet, c) nisi hoc expresse cautum sit. d)*

a) l. 6. in fin. ff. De decr. ab ord. fac. b) Nov. 66. Colerus proceß. Execut. p. 1. c. 3. n. 7. c) l. leges 3. C. de ll. cap. finali, extr. de constitut. ibi, futuris tantum dant formam negotiis. Nov. 19. cap. 1. Gaill. 2. obs. 9 n. 3. d) Dummodò non sint decisa, nec per appellationem pendent. l. causas 16. C. de transact. Nov. 115. cap. 1.

## IX.

*Necessaria, sed perdifficilis & obscura est questio, utrum statutum valeat contra jus naturale, a) & gentium? b) quod simpliciter negamus. c) Quid de jure divino? d) distinguimus.*

a) Quale fuit Græcorum, ut deformis speciei infantes liceret exponere & abjicere, Plutarch. in Lycurgo. Et illud Venetorum, quo licentia conceditur contra rationem naturæ, & legem Dei, parentes occidere exules: præmiis insuper propositis iis, qui caput interfecti parentis Venetias attulerint, id quod Aristoteles 3. Ethic. c. 1. simpliciter execratur, aliàs homo Ethnicus. Cùm enim jura naturalia sint immutabilia, text. in l. jura sanguinis 8. ff. de R. I. & S. fin. Inst. de J. N. G. & G. & cap. erit, ibi: nulla lex erit contra naturam, distinct. 4. statuto tolli nequeunt. Sic alimentorum petitio nullo statuto tolli potest, cum de jure naturali alimenta liberis debeantur. l. 1. §. 2. ff. de J. & J. Galeor. in Margar. aur. c. 38. nu. 13. in fin. Gaill. lib. 2. obs. 122. n. 14. & 2. obs. 88. n. 6. b) Ut est de violandis legatis, quod factum ab Helena Russorum Regina in legatos Prutenicos, qui æterni fæderis & amicitiz per nuptiarum vincula fortiùs conglutinandæ causa missi à Prutenorū duce fuerant.

fuerant: Bod. lib. 3. c. 6. Et à Basilide Moscho tyranno, qui clavo trabali per tempora dissectos sustulit; alios in plurimas partes securi divisos, saleque instar hæcum conditos, domum remisit. Paul. Oderborn. in vit. Basil. Kirchn. Legat. lib. 2. c. 1. n. 54. c) Nisi sint statuta limitativa, per quæ illa jura non tollantur: E. G. Jus naturale dicit neminem lædendum: jam si statuto caveretur, Bannitum lædendum: statutum valeret: quia jus naturale per hoc non tollitur: sed limitatur ex rationabili causa: quod scilicet talis bannitus priùs læserit publicam pacem. d) Aut enim loquimur de rebus merè spiritualibus, quales sunt articuli fidei, & tunc neque leges, neque Canones, neque etiam statuta possunt contra disponere: cap. sunt quidam, 25. q. 1. Et vid. 9. & 10. dist. per tot. Et cap. convenior, 23. quest. 8. Aut de rebus moralibus siue politicis: de quibus fit mentio in sacris literis, utpote de juramento, de contètionem in judicio, de fure, de proprii corporis defensione. & c. Et contra hæc regulariter statuta condi possunt: nisi inde sequatur peccatum: vide quæ notantur in auth. ad hæc, C. de usuris: & in l. fin. C. si contra jus vel util. publicam. Unde talia statuta & consuetudines omninò reprobamus, & averfamar, quæ lupanarium usum introducunt: quia adverfatur præcepto divino de non fornicando, sicque nocent animarum saluti, quæ tamen cunctis rebus est præferenda: l. sunt persona, 63. ff. de religiof. & sumpt. funerum. Vasq. 1. cont. illust. cap. 48. n. 1. Georg. Schönborner polir. lib. 3. cap. 13. Tholoz. de repub. lib. 14. c. 1. n. 5.

## X.

*An verò illud statutum sit equitati naturali & justitiæ consentaneum: quo extantibus masculis fœmina excluduntur à successione parentum? magnus est DD. conflictus.*

Qui affirmativam tuentur, sententiam suam firmant in eo, quod tale statutum etiam jure divino approbetur, Num. 27 cap. v. 8. & 9. Et inductum sit ex justa & rationabili causa, propter favorem videlicet masculorum: & ad conservandum jus agnationis & nomen familiæ, ne hæreditas devolvatur ad extraneam familiam, quod videre luctuosum est, text. in l. in fundo 38. ff. De R. V. l. si in emptionem, 35. ff. De minor.

25. annis. Et in l. lex qua Tutores. 22. C. de administr. Tut. Gaill. 21. obser. 1223. n. 10. Et 2. obs. 19. n. 1. quibus tamen nos pure subscribere non possumus.

X I.

Consuetudinis a) non minorem esse effectum, quam ipsius legis, b) extra dubitationis aleam positum est: Verum circa eam inducendam varia sunt Interpp: opiniones: Nos rectius iudici id committimus: c) qui in eo considerabit voluntatem populi, declaratam rebus ipsis & factis. d)

a) Quæ aliter jus non scriptum dicitur, Cic. lib 2. de invent. cap. 5. & 12. D. Præses in disput. de jure non scripto. Neq; hic est fermo de consuetudine, qua quid fieri consuevit, sive bonum illud sit, sive malum: sed de ea, quæ legem imitatur: sicut dicitur in cap. diurni 6. dist. 12. b) Utpote cū juris sit Civilis species, æquæ atq; jus habetur, l. de quib. 32. ff. de LL. §. Ex non scripto 10. inst. de J. N. G. & C. cap. consuet. 5. dist. 1. Guid. Papæ in præfat. decisionum. Et altera quædam natura, Menoch. conf. 13. n. 22. Et pro lege suscipitur, cum lex deficit. Coras. p. 3. c. 15. de art. jur. d. cap. consuetudo, 5. dist. 1. c) arg. l. 1. ff. de jur. delib. & per ea, quæ tradit Arist. lib. 1. Rhetor. item Cuiac. in parat. C. quæ sit long. consue. d) l. de quibus 32. & seq. l. 38. ff. de LL.

X I I.

Vel quod perinde est, ad introducendam eam potissimum hæc quatuor requiri aimus. Tacitum populi consensus: a) Actuum frequentiam: b) Tempus continuatum: c) Et re-etiam rationem: d)

a) Et hæc est causa efficiens proxima consuetudinis. Gaill. 2. obs. 31. Myns. cent. 6. obs. 41. n. 11. si v. delictet aliquid eo fine fiat, ut imposte-rum in factis paribus idem statuatur: idque populus non oppugnet:

EX CO

ex eo enim tacitus populi consensus inducitur. maximè si universi populi in Regno, aut Imperio, vel certæ universitatis fuerit, l. Omnes populi, 9. ff. de J. & J. l. Item eorum 6. in pr. ff. quod cujusq; univers. nom. l. 1. §. 2. ff. de muner. & honor. Idem Gaill. d. obs. n. 9. Nequè enim omne id quod sæpius factum est, statim est consuetudinis: alioquin non legibus sed exemplis iudicaretur, quod esset contra l. nemo, 13. C. de sent. & interl. omn. jud. Nequè etiam res iudicata statim facit consuetudinem, ut eleganter docet Cuiac. 20. obs. 1. b) l. 1. C. quæ sit longa consuet. l. an in totum 3. C. de adi. privat. Et gloss. in cap. fin. de consuet. sive actus illi sint judiciales, sive extrajudiciales: magis tamen judicialibus, si haberi possunt, introduci debet consuetudo: l. semper in stip. 34. ff. de R. l. l. nam Imperator 30. l. cum de consuet. 34. ff. de LL. glossa in l. 3. in fin. C. de Episcopal. aud. & ibi D. Gottofr. Duos etiam actus iudiciales sufficere: præsertim cū id frequentius actum esse, quod actum est bis arguit, l. 2. C. quæ sit long. consuet. Gaill. 2. obser. 31. n. 7. Nec contradictorium iudicium necessarium esse arbitramur. Curt. sect. 4. n. 34. Guid. Papæ Conf. 132. Myns. 6. obs. 41. n. 15. Coler. Process. execut. p. 1. c. 3. n. 35. c) Sive præscriptionem, l. 33. ff. de ll. l. 35. eod. tit. rubr. C. quæ sit longa consuet. Et per text. in cap. fin. de consuet. Tempus autem longum de iure Civili pro decennio accipimus, in casu, qui alioquin iure non est determinatus: arg. §. 1. Inst. de Vsucap. l. si finita 15. §. 2. ff. de damno infecto. l. si cum fideicommiss. 16. §. Aristot. 3. ff. qui & à quib. Accurs. in d. l. de quibus 32. ff. de ll. Curt. sect. 4. n. 25. Coras. de art. iur. p. 2. c. 19. Panorm. in cap. ult. de Consuet. Gayl. d. obs. 31. num. 3. Et notat D. Præses Fautor & Præceptor mihi summè colendus, in disputatione de iure non scripto Thesi 43. De iure autem Canonico distinguimus: Ut si consuetudo sit præter Ius, tempus sufficiat decem annorum: Sin verò contra Ius, quia in eo præjudicium superioris versatur, annorum 40. In reservatis autem Principi, tantum temporis requirimus, cujus initij memoria non extat. Cap. un. quæ sint regalia. Cap. super quibusdam. 26. §. Præterea Ext. de V. S. Gaill. d. obs. 31. n. 4. d) Vel ut alij loquuntur rationabilitatem, quæ est causa formalis dans esse consuetudini: Neque enim talis consuetudo vim legis obtinet, vel obligat, aut confirmari potest, cujus non ratio sed error parens est, Cap. licet, 16. q. 3. l. quod non ratione 39. ff. de Legib. d. cap. consuetudo. 5. dist. 1. Cap. mala. 3. dist. 8. Gaill. 1. obs. 18. §. 4. Rerum deniq; impossibilium nulla est obligatio, l. 185. ff. de R. I.

C 2

neq;

neq; turpium, l. 26. ff. de Verb. Obl. Et proinde nec lus ullum aut consuetudo.

### XIII.

*Ratio naturalis ad versus periculum permittit se defendere: a) Et vim vi propulsare b) unde defensio privata & publica c) promanat: Et illa, dummodo præsens sit periculum, & in ultionem non degeneret, d) licita est ac omni jure e) permiffa.*

a) Teste Gaio in l. 4. ff. ad L. Aquiliam. Atq; hoc est quod Cic. in Oratione pro Milone ait: Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, Et mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper vim, quacumq; ope possent à corpore, à capite, à vita sua propulsarent: Et omnis natura vult esse conservatrix sui: & ut salva sit, & ut in genere conservetur suo. b) l. 3. ff. de Inst. & Jur. c) l. 5. ff. eod. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. d) Nam in ea adhiberi debet moderamen tutelæ inculpatæ: ut videlicet injuriam defendendo propulsemus: & ut propulsatio nulla prorsus interposita mora, & in ipso aggressu fiat. Cujac. 5. obs. 18. quæ enim ex intervallo infertur, cogitatè infertur, nec tam ad defensionem quàm ultionem spectat. e) Naturali: l. 1. §. cum arietes 11. ff. si quadru. paup. feciss. dicat. Decius in l. ut vim ff. de l. & l. nu. 15. Civili. d. l. 45. §. qui cum aliter ff. ad L. Aquiliam. l. sed & 12. §. 1. ff. quod metus causa. l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. l. 2. & 3. C. ad L. Cornel. de sicar. Gaill. 2. obser. 100. n. 9. Vasq. 1. cont. Ill. 18. Canonico. Cap. si verò 3. de sent. excomm. Cap. 2. Interfecisti, de homic. Ca. 7. non in inferenda. 23. q. 3. Divino: quia DEUS Opt. Max. ad injurias vindicandas Magistratum dedit, Proverb. cap. 24. v. 11. Matth. 5. Rom. 13. Ubi ergò Magistratus auxilium propter periculum præsens haberi nequit, ibi concessa est defensio privata.

### XIV.

*In defensione itaq; necessaria, ob corporis sui Tutelam quemvis aggressorem a) interficere licet:*

*licet: adeò ut nec armorum paritas requiratur: b) id quod ad defensionem honoris, & fama, c) rerum etiam nostrarū suo modo extendimus d.)*

a.) Etiam personam illustrem, Clement. pastoralis, ver. Caterum, de sentent. & re iud. imò & parentem: Cum videlicet leges, quæ defensionem necessariam, & tutelam inculpatam concedunt, nullo modo inter personas insignes, extraneas, vel parentes distinguant: sed indistinctè omnibus, & contrà omnes eam permittant: d. l. 3. ff. de l. & l. Ubi ergò leges non distinguunt, nec nos distinguere debemus. arg. l. de precio 8. ff. de publ. in rem act. Neq; etiam parentes, sed solus Deus mortis & vitæ habet potestatem. Sap. 16. v. 13. Hac tamen cum limitatione & cautelâ, si filius fuga vitæ suæ consulere tutò non posset: aliàs habita ratione pietatis & reverentiæ parenti debitæ, fuga sibi consulat potius: quod & Alexandrum Magnum, cum à patre stricto gladio peteretur, fecisse testatur Plutarch. in Alex. Et facit d. l. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad L. Aquiliam. ibi: cum aliter se tueri non potest. Et §. Injuria 2. ibi, Utiq; si aliter. Inst. de L. Aquilia. Ut & contra furiosum & ebrium se licet defendere: ubicunque enim violenta adest offensio, ibi defensionis locus est, D. Obrecht. de necess. defens. c. 6. n. 57. & 63. b) facit l. 3. 4. C. ad L. Cornel. de sicar. l. sed et si 5. ff. ad L. Aquil. l. 1. C. unde vi. qua leges omnino non distinguunt inter armorum genera: c) quia honor vitæ æquiparatur, l. justa causa 9. ff. de manumiss. vind. l. 8. §. 2. ff. quod metus causa. l. 26. in pr. ff. si quis omiffa causa. & c. l. 36. in prin. ff. de fideicommiss. Vide Peinliche Halsgerichts ordnung, art. 140. Damb. c. 79. Clar. §. Homicidii, n. 26. Et crudelis sit is qui famâ suâ negligit. Cap. nolo 12. quest. 1. Unde & Duellū pro honoris defensione suscipere, licitū esse quandoq; dicimus, si præsertim Iudicis aut conviciatoris copia non datur: imò hoc casu conviciantem etiam provocare non prohibemur: Tiraq. de nobilitate, c. 10. Boc. de bello lib. 2. c. 7. facit l. Gracchus 4. C. ad L. Iuliam de adulterijs: Unde ut l. C. refert in l. 2. §. 24. ff. de orig. Juris: & Virginus filie suæ honorem ipsimet filie anteponendum esse existimavit: Gaill. 1. obs. 10. Vasq. cont. ill. cap. 11. nu. 18. & 1. cont. illustr. 49. Vide Camer. de singulari certamine seu duello cap. 19. fol. 75. in Medit. histor. d) Si videlicet aliter servari nequeant, per cap. 23. de homicid. ibi, Te tuaque liberando. Cap. dilecto,

6. de sent. excom: in 6. vide l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. vim vi ff. de vi & vi arm. Et Cammergerichts ordnung part. 2. t. 9. §. 1. Præstat enim rem ipsam intactam servare, quam post vulneratam causam remedium querere, l. fin. C. In quib. causis in integr. rest: necessa. non est. Et melius est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare. l. 1. C. quando liceat unicuiq. sine iud. se vind.

XV.

*Publica defensio ea est, quæ consistit in justo bello: a) sed jam gravis & acris oboritur quæstio. An Princeps Christianus justè possit bellum suscipere ad versus barbaros & infideles, à quibus Respub. nullam injuriam passa est, eo tantum fine ut domentur, & ad religionem veram adducantur? Statuimus Negativam. b)*

a) Sunt autem belli justæ causæ vel Propinquæ, vel Remotæ: Remotæ sunt pax impostera, & hostium emendatio. Ita bellum suscipiatur, ut nihil aliud quam pax quæsitæ videatur. Cic. lib. 1. de Offic. Sapientes pacis causa bellum gerunt: & laborem spe otij sustentant, Salust. ad Caesar. Lips. lib. 5. Politic. cap. 4. Propinquæ sunt itidem duæ, nempe Defensoria & Vindicatoria: Et ea est, cum bellum suscipitur defendendæ Reipub. causa contra hostes eam invadentes. Hæc verò cum bellum suscipitur propter injuriam illatam DEO, & Reipubl. & propter recuperationem bonorum amissorum: sive ea sint publica, sive privata. Sic reliquæ tribus Israël bellum indixerunt Benjaminitis ob stuprum à Gabaonitis concubinæ Levitæ illatum, Iud. 19. Sic David injuriam suis legatis ab Ammonitis factam ultus est, 2. Sam. 10. Sic Romani eam quæ à Corinthijs facta quoq; fuerat ipsorum legatis vindicarunt, ut Corinthum totius Græciæ lumen, teste Cic. in Orat. pro lege Manilia, extinctum voluerint. Sic Galliæ bellum Tigurini ob nuncium interceptum intulerunt. Guic. lib. 10. Sic Friburgenses Helvetij injuriam uni civium illatam severissimè bello & armis ultisunt. teste Cominao: Vnde Plato in Alcibiade scribit: Bella tunc à nobis justè suscipiuntur: quum vel decipimur eorum, quibus cum contra-

ximu'

ximus; perfidiâ, vel cogimur contra jus libertatemq; pactam, vel spoliavit: eb. aut jure nostro. Vide Tholo. lib. 1. Bocer. de jure belli. Alth. cap. 7. & cap. 29. polit. D. Obrecht. de iustis. causis belli. b) quia nullâ habent justâ causam belli. Et ut fides non hominis, sed tantum DEI donû est: ita quoq; non humanis armis, sed tantum DEI gratia propagari potest. Neq; unquam populus Israel in V. T. infidelium terras has ob causas occupavit, sed vel speciali DEI munere, vel ob injuriam illatam: Qui ergo in bello vincere cupit, videat ut DEUM, & æquam causam belli à se suscepti, à suis habeat partibus, sicut Sanct. Paulinus Comes apud Cominaum piè consuluit: fac. l. 6. C. de Pagan. & sacrif. Cap. dispar. 23. q. 8. Sotus 4. distinct. 5. nu. 10. Hostiens. Panorm. in cap. quod super n. 4. de voto. Ferret. de justo & injusto bello n. 68. & seqq. Deut. 2. v. 5. Sed & omninò justitiæ repugnat, nocere alteri: à quo non fueris læsus.

XVI.

*Neq; bellum etiam gerunt, sed potius manifesta exercent atrocina tales subditi, a) qui Magistratui sese opponunt: & contra eum armâ capiendæ esse existimant, quam vis religionis intuitu: b) Et si Magistratus tyrannicus sit. c)*

a) Ut notat D. Obrecht. p. m. sydus hujus Academiæ clarissimû in disp. de bello: b) Præsertim cum ad nullam personam privaram pertineat sibi ipsi justitiæ administrare: privatis namq; ut DEUS jus gladij non tradidit, ita nec usum gladij ab ijs reposcit: & si gladij injusi stringunt seditiosi sunt, licet justa causa videatur. Matth. 26. Rom. 13. Et tradit idem Obrecht. de bello thesi 187. & seqq. Quinimò & Christus ipse Angelicas legiones exautoravit, exarmavit, prohibuit, ne vel tantillum obediētiam illam, in qua nasci voluit, turbarent aut impedirent. Author Contin. discurs. de rebus Gall. p. 18. c) Quippè omnis potestas à Deo est: & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, adeoq; Paulus, vel Neroni ipsi singulis Christianis obediendum docuit: ad Rom. 13. v. 1. & 2. Unde & Tyrannos ferre, normam sapientiæ dicit esse Lips. lib. 6. polit. 5. & sæpius ex publico usu, imò verbis etiam violari prohibentur Principes, Exod. 22. v. 28. Act. 23. v. 5. Et malo

etiam

etiam Principi obediendum esse in sacris præcipitur literis, *Matth. 22. 1. Pet. 2.* Quinimò Deus ipse cum improbos Reges in Iudaico populo punire voluit, per Assyrios & Babylonios puniuit. Saulem perdidit non Davidis, sed Palæstinorum manu. Moses & Aaron crudelitatem fugerunt Pharaonis, ultionem Deo reliquerunt. Sic Ieremias non tradit Iudæis gladium corporalem contra Nabuchodonosor, sed gladium precum spiritualem. Hinc & Michael Orzagh, Heros de Regno Hungariæ optimè meritis, cum Proceres quidam Matthiam H Y N N I A D E M exturbare regno vellent, socium se adungere recusauit, Et quemcunque, inquit, sacra corona coronatum videris, etiam si bos fuerit, adorato. *Ant. Boffin. in histor. Vngar. lib. 3. cap. 4.*

XVII.

*Sed & In utramq; partem agitata est hac questio, Anne Principi Christiano contra aduersarium bella sibi inferentem, cum Turcis, alijsq; infidelibus fœdus inire, & auxiliares eorundem copias aduocare permissum sit? Quod Nos facile non adfirmauerimus. a)*

a) Propter apertissimam Dei prohibitionem, Caue inquit, ne unquam cum habitatoribus terræ istius jungas amicitias, *Exod. 34. vers. 12. 1. Sam. cap. 28. 29. 30. Esaiæ. 8. Deut. 7. v. 3. Amos cap. 5. facit cap. si quos 23. q. 4. cap. omni, 23. q. 8. Alber. in l. 1. C. unde vi, num. 19. Laudens. de bello, quest. 3. Panorm. d. loco num. 15. Afflict. c. 1. de pace juram. firm. verb. conuenticula, n. 32. Frid. Schenck. ad cap. 1. eod. tit. Bocerus 1. de bello cap. 7. §. subditi. Et periculosa dubiaque sunt fœdera cum ijs qui in diuersa politiæ forma vivunt: quia diuersitas Imperij cum animorum plerunque dissensione conjuncta est: & consiliorum in agendo diuersitatem parit: quas vel maximè fœderibus est inimica, utpotè quæ diuturna esse non possunt, nisi animi & opinionum consensu, & consiliorum univoca conspiratione conglutinentur, *Keckerm. in cursu Philosoph. Disp. 33. fol. 686.* Neque sanè maximo periculo caret, ut nervosè & præclare disserit *Lipsius lib. 4. Pol. Cap. 9.* Potenti impotentem jungit: quia facilè occasione & prætextu fœderis impotens poterit à nimis potenti opprimi, & cum*

& cum suam suorumque incolumitatè anhelat, ad interitum sui non sine dolore potentiori viâ recludit: id quod nulla nullius seculi ignorat historia. Talis fuit Palæologorum cum Turcâ confœderatio, per quam Constantinopolis, quâ nihil habuit orbis post Romam maius, sedes Imperii Orientalis, Christo periit & cælo. Item Francisci Galiliæ Regis. *Sleidan. lib. 15. pag. 332. G. Schönborner. lib. 4. polit. cap. 36.* Luctuosa denique fuit cum Turcâ conjunctio Ioannis Regis Hungariæ, quâ Turcæ in regnum allècti, id mirificè devastarunt, & plurimas vrbes & loca, arte & natura munitissima occuparunt. Atque sic fit ut serio, sed serò ploremus dum decepit ipse vineam palus suam. *Lips. lib. 5. polit. cap. 9.* Alia longè est ratio induciarum & fœderum cum Turcâ publicæ pacis gratiâ initorum: & quæ necessitate extrema imposita non possunt aut arte eludi aut cōmodè declinari. *Schönborner. d. loco.*

XVIII.

*Sacratissimus Imperator Iustinianus iubar gentis Pannonica fulgentissimum, a) Deum ipsum Principi leges subiecisse affirmavit, b) & præstantissima Tyriorum colonia decus Vlpianus nempe, c) eundem legibus solutum esse dixit: d) Sed quibus legibus solutus esse dicatur non omnium eadem est opinio atque sententia. e)*

a) *Novell. 11. 131. cap. 3. Cujac. & D. Gotthöfr. in d. Nov. 11.* b) *Novell. 105. cap. 2.* c) *l. 1. ff. De censibus.* d) *l. Princeps 31. ff. de Legibus.* e) Et quidè primò & ante omnia tenendū est, Principem minimè solutū esse legibus diuinis & naturalibus: Harū etenim respectu adhuc ciuis est, illisque instar aliorum civium obtēperare debet. De legib. diuinis καὶ ἐξαιρετὸν λόγον sic dictis extra controversiam est: Istis caue Principem superiorem dicas, custos earum debet esse non violator. *D. Philipp. Melan. in loco de Magistratu.* Idem de Naturæ lege intelligendum est, quam non accepimus, sed ex ipsa natura arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti

sumus, Cic. pro Milone. Immutabilia enim sunt naturalia, S. sed naturalia, 11. Inst. de I. N. G. & C. Lactant. lib. 6. cap. 8. Est enim animal rationale & naturâ ipsâ ligatur; Bald. in l. 2. num. 30. C. de servitut. & aqua: & in cap. 1. de natura Feud. Menoch. Confil. 27. num. 22. Verùm cum legum latio ad Principis pertineat dignitatem, teste Aristotele 3. polit. 12. ac in civilibus institutum Principis non sit sibi leges præscribere, Bodin lib. 1. de Repub. cap. 8. Tholoz. de Repub. lib. 7. cap. 20. num. 15, Legibus omnibus sive à se, sive ab aliis latis solutum eum esse dicimus. Est enim Princeps absolutæ potestatis, & imago Majestatis divinæ: divina autem Majestas legibus subjecta non est: Keckerm. in syst. polit. lib. 1. fol. 82. Hinc rectè Plinius in panegyri ad Trajanum inquit: Nemo Principi leges scribit: vide hac de re latius disputantem Tholosanum lib. 7. de Repub. & in primis D. Obrecht. in disp. de regalibus thesi 546. & seqq.

### XIX.

*Conventionibus tamen, siue cum subditis siue cum non subditis, siue cum privatis vel universitate in iis solutus esse nequit: verùm eas uti privatus servare tenetur. a)*

a) Quia mutuâ constant obligatione, & ab iis non nisi mutuo consensu discedi possit, l. 1. ff. de pecuni. const. l. 1. ff. de pactis. l. Labeo 19. ibi: ultrò citroque, ff. de V. S. l. 1. C. quando liceat ab empt. disced. l. emptio & venditio 3. ff. De rescindenda venditione: Manetque tam efficaciter obligatus, ut nec de potestate absoluta possit à tali contractu recedere, aut illum ulla ex parte violare: Decius. consil. 528. & Consil. 600. Et tradit Bartol. in l. Omnes populi. in 39. quest. princ. ff. de I. & I. Jacobin. de S. Georgio in tr. Feud. in verbo Princeps, num. 4. Vasqui. 1. Ill. cont. cap. 3. num. 1. DD. Comm. in cap. 1. de probation. cum & Deus ipse pactis suis se quodammodo ultrò subijciat, Jerem. 44. vers. 29.

### XX.

*Imò & ex prædecessoris obligatur contractus, si is officij seu dignitatis celebratus fuerit ratione & non*

*& non ladat Imperij majestatem & præsentiam. a)*

a) Sive sit successione Princeps, siue electus & postulatus ad Regnum, d. cap. 1. de probationibus. cap. quia juxta, 16. q. 1. Const. de pace Constantia in princ. vers. hoc quod nos, & v. amplius. Quia si hoc non fieret, nemo cum Principibus contraheret: ac insimul publica fides, dignitas, honosque Principis collaberetur. Etiam quoad æs alienum propter onera principatui incumbentia contractum: nullâ habita consideratione & ratione, quibus verbis siue quâ formâ illud debitum fuerit contractum: quamvis item à prædecessore suo nihil penitus acquisiverit juris hæreditarij: vel etiam si successor antecessorem vi & armis pepulerit è Regno, Schrad. tract. Feud part. 4. cap. 1. num. 20. Pruckmann. S. soluta potestas, 2. membr. 4. cap. effect. 2. fol. 38 Christoph. Besoldus in disp. Nomicopol. lib. 3. disp. 2. num. 5. fol. 140. Vnde cum Christiernus Daniæ, Sueciæ & Norvvegiæ Rex è Regnis suis exul, à Ioach. Marchione Brandenburgensi aliquot millia flor. Rhen. mutuo accepisset: nihilominus à successore in regno Friderico I. dictam summam unâ cum censibus ritè peti potuisse, Ludolph. Schrad. respondit, multisque probat argumentis Cons. 9. 10. & 25.

### XXI.

*Nulli prætereà jus suum auferre: a) neque subditis in vitis arbitrato suo ditiones abalienare & imminuere: b) Ut nec extantibus liberis legitimis naturales in ipsorum præjudicium legitime potest. c) An verò damna sæva belli tempestate illata, sine subditorum assensu remittere possit? non inter omnes convenit: Et magis est id adserere. d)*

a) Nisi ex justa causa & precio refuso, per text. in l. venditor. 13. S. si constat. 1. ff. Comm. prædiorum. facit l. 15. ff. de Rei. V. Vasqui. cont. Illustr. lib. 1. cap. 5. num. 9. Gaill. 2. obs. 56. num. 8. Myns. Cent. 5. obs. 97. Hottom. illustr. questio. 1.

*tion. 1. Borcholt de Feudis cap. 2. num. 55. Bodin. 1. de Repub. cap. 8. Harms. Pist. quest. 40. nu. 12.*

b) *Lid quod nostrum. 11. ff. de R. I. l. jure natura: 206. eod. tit. l. nam hoc 14. ff. de cond. indebiti. Etiam si fiat ob publicam necessitatem sublevandam, per cap. quod omnes, De R. I. in 6. Hottom: eleganter d. quest. Ill. 1. Vafq. cont. ill. 1. cap. 3. num. 8. Fach. lib. 8. Contr. cap. 63. Nam si publica est necessitas & utilitas, ea cum publica jactura & impensa comparari debet aut reputari, non cum quorundam tantum incommodo. Fallit in ijs Regnis & provinciis, in quibus Principibus hanc ad rem specialis potestas data est.*

c) *Quia penes eum non est fundamentalium legum, eorumque juris gentium quae sunt, mutandorum potestas, facit c. cum inferior, 16. de major. & obed. & legitimatio naturalium non solet fieri nisi in defectum naturalium & legitimorum, cum sit omnino odiosa & a jure reprobata Novell. 74. Nov. 89. Gaill. 2. obs. 142. num. 11. Tholoz. lib. 7. de Repub. cap. 8. n. 12. Christoph. Besoldus in disp. Nomicopol. dissert. 9. num. 2. Treutler. disp. 2. thes. 7. lit. c. vol. 1.*

d) *Quia talis remissio in subsidium pacis reducendae veniat: cap. 1. de injurijs. Comm. DD. in l. finali C. si contra jus: & ibi Castr. num. 1. Bart. 10. 2. Vafq. Contr. Illustr. lib. 1. cap. 4. nu. 11. Gaill. 2. obs. 57. num. 2. Myns. 4. obs. 9.*

## XXII.

*Non infrequenter itidem differitur; An iudex secundum allegata & probata, an verò secundum conscientiam judicare teneatur? a) Et num etiam juris & legum imperitis munus judicandi mandari possit? b) ibi prius affirmamus, hic verò rectius negativam amplectimur.*

a) *Iudex namque secundum ipsam rei veritatem potius, quae unica & simplex est judicare debet: nec saltim conscientiae suae fidem habere, praesertim si ea est legibus adversa, sive iudex superiorem recognoscat*

*gnoscat & ab ejus sententia appellari possit vel non: ut praclare docet Clariss. D. Praeses in disp. de sententijs judicialibus, th. 45. per l. 6. S. veritas 1. ff. de officio praesidis: l. 5. C. De juris & facti ignorantia. l. 17. C. De liberali causa. Damhoud. in praxi Crimin. cap. 36. num. 5. & 8. Pinellus ad l. 2. C. De rescin. vend. p. 3. c. 3. nu. 32. Covarr. 1. var. resol. 1. cap. judicet 3. quest. 7. Joann. Emer. à Rosbach in process. Crim. tit. 1. cap. 2. num. 3. Est enim judicis officium magis laborare pro salute boni publici, quam singularis: Et bonum commune sit nobiliter particulari, ut ait Philosoph. lib. 1. Ethicorum.*

b) *Novell. 82. l. non quicquid 40. ff. de judiciis. l. praeses 27. l. cum prolatis 32. ff. de re judicata. Et si dolo malo contra principum constitutiones sententias pronunciaverit, lege Cornelia de falsis tenetur: l. 1. ff. ad L. Cornel. de falsis.*

## XXIII.

*Adoptio naturam imitatur; a) Et jus agnationis inducit: b) An ex ignobili etiam efficiat nobilem, controvertitur? Affirmantibus ad stipulamur. c)*

a) *l. 16. 34. ff. de adopt. l. 7. C. De hered. inst. l. 23. ff. De liberis & posthum. hered. inst.*

*De qua sic Aufonius.*

*imitatur adoptio prolem*

*Quam legisse juvat, quam genuisse velit. Et Calpurnius Flaccus: Adoptio sancta res est, quae beneficia naturae & juris imitatur.*

b) *l. qui in adoptionem 23. ff. d. t. VVesemb. in parat. ff. de adoptionibus.*

c) *Transitenim in familiam & potestatem ejus a quo adoptatur: l. 11. ff. de bonorum possess. secundum tabulas: quo ipso & ejus familiae nome, insignia, sacra, aliaque genti competentia consequitur, l. 1. § 4. ff. unde cognati. Et ibi D. Gothofr. Et dignitas augetur per adoptionem. l. 35. d. t. quae quid aliud quam nobilitas? per l. 8. ff. de senatoribus, Et adoptatus senatoris fit filius, quod praecipuum apud Romanos nobilitatis erat argumentum & principium. Connan. 2. Comm. 12. n. 1. unde & Cicero ut nobilitaretur, se familiae Pisonum associauit.*

*Cum omnis Reipub. fundamentum fides sit,  
 & humanae fidei congruum sit, quae inter nos pla-  
 cuerunt servare, a) non ineleganter quaeritur:  
 An pacta publica b) quò foedera & inducia,  
 fides item hosti data spectant, servari debeant?  
 Et omnino ea servanda esse naturalis c) jux-  
 ta atq; civilis ratio suadet. d)*

a) *l. 20. C. de transact. Livius lib. 3. Decad. 3. Nisi fide stet Respublica  
 opibus non stabit, Bodinus lib. 5. de Repub. 6. b) l. 5. ff. de pactis. c)*  
 Hinc & praestantissimi illius Philosophi Pythagoræ dictum, Duo sunt  
 hominibus data longè pulcherrima, veritatem amplecti & aliis bene-  
 facere: & id utrumq; Deorum immortalium operibus cōparari potest.

d) *Quia etiam inter hostes est juris gentium communio, l. ult. ff. de  
 Legation. Ergò & cum ijs conventionum ac proinde obligationum  
 communio est. d. l. 5. ff. de pactis. Inde violatis hostium legatis, jusgenti-  
 um violari dicitur, in d. l. ult. ff. de legation. Livius lib. 15. & lib. 38. Cic. in  
 Verr. 3. Duar. in l. si quid bello, 28. ff. De capti. & postlim. Hottomm. quest. illust.  
 7. Eamque ob causam apud omnes gentes foederibus & pactis multum  
 fuisse tributum legimus. Livius lib. 44. testatur, Philippum Regem Ma-  
 cedonum tantum ijsdem attribuisse, ut suas cum Romanis pactiones  
 singulis diebus in memoriã revocaret: atq; adeo praëlegi sibi curaret.  
 Et Franc. Patr. de Regn. lib. 8. tit. 20. fol. 558. scribit, Romanos foedus ferijisse,  
 foedata per sacrificium porca, hoc est de saxo contusa, cum impreca-  
 tionibus, ut sic cæderentur, qui rupto foedere à promissâ fide discede-  
 rent: quod & Mantuana docet Musa:*

*Et caesà jungebant foedera porcâ:*

*Quin sanè aut danda non est fides: aut data servanda: cum plerum-  
 que imò semper violatores fidei & foederum, veluti à tergo calamita-  
 tes & poenæ sequantur ac maneat: Exemplum Zedechiæ Regis no-  
 tum est 2. Reg. 25. Jerem. 52. Pontifici Romano & Venetis placuerat o-  
 lim Vladislaum Regem Hungariæ foedus cum Amurathe II. contra-  
 tum di-*

*sum dissolvere: Id verò Deo minus placuisse, pugna Varnésis luctuo-  
 sissima, & toti Regno Hungariæ exitiosa, in qua flos Nobilitatis Pan-  
 nonicæ interiit, infecuta, ostendebat evidenter: Boffin. Jovius in Amur.  
 Levenclavius in Pand. Turc. Bucholt. in chron. fol. 404. alia plura exempla  
 vide apud Richt. in axiomat. Oeconom. Regula 101. Franc. Patrit. d. lib. 8. Et  
 Ambros. lib. 3. cap. 10. exemplo Josuæ docet, qui iusiurandum à Gabeo-  
 nitis fraude & mendacio extortum servarat, fidem etiam perfidiosis  
 servandam esse: Josuæ cap. 9. Hinc sapiens ille Syracides, Ne velis mentiri  
 omne mendacium, etiam, ut inquit August. pro Dei laude: Imò etiam  
 ipsa naturæ principia suggerunt, Inter bonos benè agere oportere, ac si-  
 ne fraudatione. Cic. 3. de offic. Aliud est in prædone & latrone: quia hi  
 hostium vocabulo non continentur: l. hostes 24. ff. de capt. & postlim. re-  
 ver. adeoque jura belli, captivitatis, & postliminij, quæ hostibus tatum  
 cōveniunt, l. postliminium 19. ff. d. t. non possunt ijs convenire, d. l. hostes 24.  
 d. t. Cic. lib. 3. de officijs. atque ideò capti à latronibus, & piratis omnino li-  
 beri permanent, d. l. postliminium §. 2. ff. d. t.*

XXV.

*Pacta talia in univ. sum improbantur legi-  
 bus, quibus id agitur, ut me hæredem facias: quia  
 sunt plena tristissimi & periculosi eventus: con-  
 tra bonos mores inita censentur: inque univ-  
 sum votum mortis captanda inducunt & occa-  
 sionem peccandi præbent.*

*l. hereditas 5. C. de pactis conventis. l. 1. ff. de hæred. petitio. l. fin. C. de pactis  
 ubi Donnoll. Alciat. Hottom. & alij. l. stipulatio 61. ff. de V. O. Gaill. 2. obs. 126. &  
 seq. Decian. 2. resp. 48. Socinus Regula 344. Canonista in c. quamvis, de pact. in  
 6. cap. 2. de concess. præb. cap. venerabilem 34. de elect. Borcholt. de pactis, num.  
 59 & seqq. Adeò ut nec jurata valeant, nec consuetudine firmari que-  
 ant, Gaill. d. obs. 126. & DD. Comm. d. cap. quamvis, de pact. in 6. & d. cap. vene-  
 rabilem 34. de Elect. & elect. pot. Fach. lib. 8. Cont. cap. 72.*

XXVI.

*Conventiones tamen inter conjuges dere-  
 ciprocæ*



*reciproca successione, quod nimirum superstes liberis non existentibus in predefuncti conjugis bona in totum vel pro parte succedat de jure sunt valida. a)*

a) Per text. in l. quod autem 7. §. si vir & uxor 2. ff. de donation: inter virum & uxor. Baldus in l. si pater puella. 12. num. 2. C. De inofficioso testamento, Cum quilibet possit in testamento etiam extraneam personam, modo tamen honestam instituere, l. 25. l. 27. C. de in offic. testamento. Sic ut ne ob ingratitudinem revocari possint: neque traditione aut insinuatione opus habeant, Gaill. 2. obs. 126. Myns. Cent. 2. obs. 33. num. 6. Borcholt. de pactis 5. num. 70. & de grad. fol. 258.

### XXVII.

*Vt & pactiones a) de invicem succedendo, in casu deficientium legitimorum heredum inventas, inter personas Principes & illustres ac in S. R. Imperio frequentes b) rationabiles, & Reipub. utiles esse affirmamus.*

a) Ut hujus gente extincta, illius huic succedat: unde tertium genus prodiit heredum Conventionalium seu pactionalium: quod veteribus Jureconsultis vel incognitum vel exosum fuit, Gaill. 2. obs. 127. Bocerus tract. de success. Feud. cap. 2. q. 2. & 3. ad fin. Rosenth. cap. 7. concl. 25. Keckerman in Polit. fol. 122. Clapmar. 2. de arcanis Rerump. cap. 21. Georg. Schönborner 2. polit. 13. Et Germanicè Erbverbündnuß, Erbvertråg, Item Erbverbrüderung dicuntur.

b) Tali conventionem familiari Illustrissimæ Brandenburgicæ domui obligatos esse Pomeraniæ & Megapolitanum Principatus notissimum est: Tales pactiones inter Saxoniam & Holsiæ Principes Anno 1373. initæ, & deinceps non semel renovatæ. Hac lege successoria Anno 1583. Saxoniam Duces in districtu Coburgensi extinctâ Hennenbergica familiâ Comitatum Hennenbergensem acquisiverunt, de quo ca-

quo casu consuluit Nic. Reusner. vol. 1. const. 3. Eodem jure familiari utuntur Duces Boariæ & Principes Palatini, Bodin. 1. de Rep. 2. Ac ejus rei exempla adhuc alia, quæ partim in Germania, aliqua etiam in Gallia & in Italia contigerunt, recenset Hottom. cons. 32. num. 37.

c) Modò sint reciproca: & consensu subditorum ( præcipuè si de potenti aliqua provincia agatur, cujus subditi & incolæ armis se adversus ignotum & ipsis invitis obtrusum tueri possent, ) vel tacito vel expresso approbatæ: et accedat confirmatio Superioris vel Domini Feudi per Gaill. d. obs. 127. num. 5. In allodialibus tamen Principatibus hoc non æquè necessarium esse dicimus: quia talia pacta vigore omnigenæ jurisdictionis subsistunt.

### XXVIII.

*Sed quid dicemus? si prohibitio alienationis bonorum talibus pactis subjectorum non sit adjecta, utrùm tacitè inesse intelligatur? Affir.*

a) Utile tamen & tutius esse dicimus pro observatione hujus conventionis, si hypotheca accedat. b)

a) Quia cum hic sit finis talium pactorum, ut familiarum senescentium splendor & dignitas conservetur: & altera alteri succedere possit: alienatio extra tales familias tacitè & quasi per fideicommissum prohibita videtur. Et conventiones leges, & statuta secundum causam finalem intelligi, extendi & arctari conveniat: Alciatus de verb. & rer. signif. lib. 1. num. 10. Unde etiam confratrum consensus requiritur: Et ita in confirmatione Hennenbergici pacti à Carolo V. fuit consensus requisitus confederati Holsiæ Dynastæ, ut refert Musculus in disp. Basileen. de confraternitate per discursum Thes. 51.

b) Anton. Gabr. Rom. in com. opin. tit. de pignoribus, concl. 1. lib. 3. quia per alienationem dominium transfertur: & actio contra hæredes paciscentis, non realis, sed saltem ad id quod interest competit. Neq; prohibitio alienationis inter vivos facta, impedit translationem domini, nisi res ipsæ pro observantia hujus obligatæ conventionis & hypothecæ suppositæ reperiantur, Rosenth. cap. 7. concl. 25. circa finem, & in glossa

*ibidem*: Uode nec contra eas testamentum condi potest; contra quam  
putat: Bocerus tract. de Feud. success. cap. 2. q. 3.

XXIX.

*Contractus regulariter ad hæredes etiam transire, siue eorum mentio facta sit in contractu siue non, liquidum est: a) Sed de eo dubitatur, an immunitatis privilegium à tributis & pensitationibus aliisque oneribus publicis alicui concessum, nulla facta hæredum mentione, etiam ad eosdem sese extendat? Distin. b)*

a) Per l. veteris 13. C. de contrahen. & commit. stipul. l. vianæ veritatis. 10. C. de locato cond. Jason in l. si stipul. nu. 13. ff. de V. O. Vnde etiam ex dolo à defuncto in contractibus commissio hæres obligatur in solidum, etiam si ad eum nihil pervenerit. l. ad ea, 157. S. ff. de R. jur. l. ex ea parte 121. S. ult. ff. de V. O. l. si hominem 7. S. 1. ff. de pos. l. ex depositi 12. ff. de oblig. & act. Ex dolo tamé defuncti in delictis commissio hæres non tenetur: nisi si eum defuncto fuerit cõtestata, vel ad hæredem aliquid pervenerit, l. vnic. C. Ex del. defun. l. 1. ff. de priva. del. l. in hæredem 5. ff. de calumn. l. sicut pœna 38. ff. de R. I.

b) Si privilegium illud est concessum ex gratia, erit personale, & sic ad hæredes non extendetur. l. 1. S. fin. l. semper. 5. S. immunitati. 4. ff. de jure immunitatis. l. forma. 4. S. quanquam 3. ff. de censibus. l. privilegia 196. ff. de R. I. Sin verò ex contractu, transibit etiam ad hæredes: quia acquirens præsumitur ratione naturali prodesse voluisse suo successori, l. si pactum 9. ff. de probat. & pres. l. Paula, 27. S. Pompeius. 1. ff. de legat. 3.

XXX.

*Magna est inter juris Magistros controversia de L. 2. C. de rescind. venditi: a) An dispositio ejusdem ad transactionem quoque porrigitur? Et non porrigi, non tantum juris ratio ostendit*

*ostendit, b) sed etiam Camera Imperialis sequitur, cui merito subscribimus: Nisi magna adsit causa. c)*

a) An videlicet transigens ultra dimidium deceptus rescissionem transactionis petere, vel ad supplementum justipretij agere possit, vel non?  
b) l. Lucius 78. S. fin. ff. ad S. C. Trebell. l. in summa 65. S. 1. ff. de cond. indebit. DD in l. si quis 36. ff. de V. O. Iason num. 13. Zas. nu. 20. Et idem Consil. 18. num. 16. vol. 1. Gaill. 2. obs. 70. Myns. 1. obs. 33. Menoch. Consil. 401. num. 157. & seqq.

c) Gail. d. observat. Myns. cent. 1. observ. 33. & cent. 5. obs. 59. Ves. in parat. ff. de transact. ad fin. Pinell. ad d. l. 2. part. 1. c. 4. num. 12. & seqq. C. de Rescind. vend.

XXXI.

*Beneficium restitutionis competere non modo minoribus, sed etiam hæredibus eorum, siue sint uniuersales, siue singulares, juris est aperti. a) sed elegans, celebris, & variè à varijs agitata est questio, An minor graviter læsus contra contractum juratum restituatur? Et affirmativa quid possit, experiemur. b)*

a) l. minor, 18. S. fin. ff. de minor. 25. annis. l. 6. ff. de in integrum restit. Myns. 4. obs. 19. Ut nec ei beneficio renunciare valeat, per l. 5. C. de ll. Suardus ad l. 1. C. de in integr. rest. n. 6. Et ad l. 6. n. 2. eod. gloss. in l. si judex 41. ff. de minoribus: Restitutio tamen minori concessa fidejussori ipsius non prodest, sed eum sæpè manere efficaciter obligatum. l. in causa 13. in princ. ff. de minoribus. D. Pacius ἐναρτισα. Cent. 2. quest. 98.

b) Quia ubi dolus intervenit, juramentum non est servandum, per cap. cum contingat, 28. de jure jurando. cap. etsi Christus 26. de jure jurando. Et in cap. quamvis, de pœnis in 6. ubi autem est læsio enormis, ibi etiam præsumitur esse dolus, arg. l. si superstites. C. de dolo. l. si quis cum aliter 36. ff. de V. O. Myns. d. obs. 59. Neque jurandum debet esse vinculum iniqui-

iniquitatis. cap. quanto 18 d. tit. Et ita observari dicit etiam D. Gotthofr. in omnibus Curijs Regni Galliae: Cum juramentum non extendatur ad ea de quibus cogitatum non est, l. ult. ff. qui satisfacere cogantur. Rebuff. in proem. const. gloss 5 num. 50. Idem Tom. 2. tract. de rest. & relev. vid. Novel. 51. Gaill. 2. obs. 4. num. 3. Treutl. vol. 1. disput. 7. thesi. 2. lit. b.

XXXII.

Major 25. annis si discesserit à transactione jurata, reputatur infamis, ab actione cadit, penam solvit, acceptaque restituit, a) Sed jam major, magisque intricata est quaestio. An juramentum per vim & metum extortum, eum obliget, & promissa firmet, confirmet? N. b)

a) l. si quis major. 41. C. de transact. Roll. à Valle 1. Consil. 87. num. 46. & seqq. Gaill. 2. obs. 59. num. 4. An idem obtineat in reliquis contractibus quaeritur? ait Roll. à Valle lib. 1. Consil. 57. nu. 15. Fach. lib. 1. Cont. 11.

b) Per Novam constitutionem Friderici in Auth. Sacramenta puerum, C. si adversus venditionem cap. meritò 15. quest. 1. cap. etsi 26. de jurejurando: cap. in malis, 22. quest. 4. cap. non est, de R. I. in 6. Gail, 2. obs. 42. Borchols. 5. de p. num. 67. & seqq.

XXXIII.

Cum etiam majoribus & necessitate quadam lapsis Prætor subveniat, a) data actione Rescissoria, b) An hoc remedium competat etiam ijs qui studiorum gratia in remotissimis versantur Academjs, non immeritò quaeritur? Quidni à parte affirmantium staremus? c)

a) l. 1. in fine ff. de in integr. rest. cor. tit. ff. Ex quibus causis majores in integr. rest.

b) l. in honorarijs, 35. vers. Item publiciana. ff. de O. & A. S. rursus ex diverso,

verso, 5. Inst. de Action. Et maximè ijs qui Reipub. causà abfuerunt, l. sed si quis 7. ff. testam. quemad. aper. nisi læsi sint ea in re, in qua etiam si Reip. causà non abfuisse damnum passi fuissent, l. Item. hi 4. ff. Ex quibus causis. Covarr. lib. 4. var. resol. 8.

c) l. nec non, 28. in princ. ff. ex quib. causis major. et Auth. habita, C. ne filius pro patre. l. 26. §. ult. ff. d. t. l. 1. in fine, ibi: Si qua alia mihi justa causa videbitur. ff. d. t. Et quis eorum non misereatur? qui amore scientiæ exules facti, de divitibus pauperes, semetipsos exinaniant. d. Auth. habita, C. ne filius pro patre.

XXXIV.

Idque eò usque extendimus: Ut etiam usucapio, & temporis præscriptio, aut actiones quæ ijs competebant amissa, rescindantur, interrumpantur, & omnia in pristinum locum reducantur. a)

a) Non obstante eo quod per Procuratorem non sibi curarint subvenire. l. sed etsi. 26. §. fin. in verbis: sive habeat Procuratorem sive non. ff. d. t. Et ea sæpè est proficiscentium ratio, ut administrationem rerum suarum alicui demandare non veniat in mentem: Quinimò etiam si Procuratorem reliquerint, cujus negligentia, aut inscitia res perierit, adjuvari eos debere, si malint restitui, quàm id quod interest Mandati actione consequi, Cur enim non melioris conditionis essent periti quàm stulti? l. Servius 4. ff. quod vi aut clam. Vesemb. in parat. ff. d. t.

XXXV.

Ad quam restitutionis æquitatem referimus & absentiam violentam: a) & eum quoque haud indignum hoc beneficio esse censemus, qui ob summam paupertatem & inopiam appellationem interponere vel prosequi non potuit: b)

a) Ut si quis in captivitate Turcarum & Tartarorum, aut aliorum hostium manus inciderit, etiam si tempus præscriptionis ibi eum

transgredi contigerit, tamen restituetur in integrum. l. 14. in princ. ff. ex quibus caus. major. l. 6. C. quibus non obijcitur long temp. sed & inter hostes nato, qui postliminium habet, succurritur. l. 15. §. 1. ff. d. t. ex quibus caus. Aliud est in Relegato: nam hic procuratorē relinquere potuit: l. 20. ff. de minor. l. 26. §. 1. ff. d. t. nec unquam conceditur ex clausula generali restitutio ob negligentiam, l. non enim 16. ff. d. t. Hondedens Conf. 61. num. 15. Treutl. vol. 1. disp. 11. thesi 17. lit. b. Pac. 3. εναρτιοφ. 11.

b) Novell. 49. de his qui ingrediuntur ad appellat. l. si procuratorem 8. §. si ignorantes 7. ff. Mandati. Bart. in l. invitus 17. C. de procurat. Bald. in l. 2 §. si quis in iudicio ff. si quis caution: Et in l. acceptam. 19. C. de usuris. Roma Decis. 446. sub tit. de rest. in integrum Gaill. 1. obs. 142. D. Præses de appellat. temp. 1. cap. 10. circa fin.

### XXXVI.

Neque eum etiam hoc beneficio indignum censemus, cujus Procurator non appellavit, vel intra decendum sententiam contra illum latam esse non denunciauit, aut etiam terminum probatorium elabi passus est: a) maxime si soluendo non est procurator. b)

a) Notat in prælect. De appellation. Claris. & consultis. D. Præses. d. temp. 1. cap. 6. Et facit Capitulum 14. extra de procuratoribus: Gaill. 1. obs. 139 num. 9. Et 1. obs. 143. num. 6. Pistor. lib. 1. quæst. illust. quæst. 37. num. 7. facit lex 12. in princ. ff. de furtis. & l. 23. ff. de minoribus b) D. præses d. c. 6.

### XXXVII.

Sed anxie hic queritur? Anne quoque aduersus præscriptionem longissimi temporis majoribus 25. annis detur restitutio ex causa justa & probabilis ignorantia? Nos negativam sequimur. a)

a) Per l. ult. C. de præscript. longi temporis l. sicut. 3. C. de præscriptione 39 vel 40. annorum. l. Omnes 4. C. eod. l. fin. C. de fundis patrim. ibi nullam penitus

penitus actionem vel molestiam, aut quamlibet inquietudinem formidare. Boer. decis. 89. num. 2. & 3. Fach. 1. Contr. 69. Hondedens Conf. 83. num. 18. & seq.

### XXXVIII.

Vti nec aduersus rem iudicatam, propter instrumenta noviter reperta, cum quisea ex justa & probabili ignorantia non produxerit: a) Nec ob alios testes. b)

a) l. sub specie 4. C. de re iudicata. vbi expressè dicitur, sub specie novorum instrumentorum postea reperorum res iudicatas restaurari exemplo grave esse. Neque rerum iudicarum autoritas eludi debet, l. seruo invito 65. §. cum prator 2. ff. ad S. C. Trebell. facit l. Imperatores, 35. ff. de re iudicata. Et si propter ignorantiam locus esset restitutioni, nunquam vel raro præscriptio locum haberet: quis enim sciens pateretur res suas usucapi?

b) arg. l. 15. C. de fid. instr. Anne verò retractari possit sententia prætextu testamenti noviter reperti hinc etiam quæri potest? quod putamus, præsertim in testamento novo reperto, ex quo major quantitas debetur, arg. l. 2. ff. de Except. rei iudic. l. si ex testam. 20. ff. eod. aliud verò est in reperto novo testamento quo prius revocatur, arg. l. 29. §. 5. ff. mandat. l. 1. C. de cond. indebiti. Fach. 1. Cont. 52. Treutl. vol. 2. disp. 23. thesi 5. lit. d.

### XXXIX.

Nuptias consistere non posse nisi consentiant omnes, & qui contrahunt matrimonium, a) & quorum in potestate sunt palam est: b) Idque ius Civile c) Canonicum, d) & Divinum e) nec non naturalis ratio necessario suadet. f)

a) l. 1. & 2. l. oratione 16. §. fin. ff. de ritu nuptiarum: l. patre furioso 8. ff. de his qui sunt sui.

b) in princ. Inst. de nuptijs. l. nuptia 2. ff. de ritu nuptiarum. l. nec filium quid. m. 12. C. de nupt. l. in conjunctionem 20. C. eod. l. Paulus 11. ff. de statu hominum.

c) l. In hon-

e) l. In sponsalibus 7. §. 1. ff. de sponsal. Inst. de nupt. in princ. d. l. nuptia  
2. ff. de ritu nuptiarum. l. 3. ff. de in jus voc.

d) Cap. vidue. 27. quest. 1. cap. qualis 30. quest. 5. cap. fin. 32. quest. 2. cap. 1. de  
desponsat Impub. Coras. 1. miscell. c. 17. Hottom. quest. Illustr. 9. licet hodie  
Canonistæ contrarium statuunt, ut patet ex Concilij Tridentini sess. 24.  
ubi in exam. Chemnit. pag. 2. fol. 1273. Bellarm. tomo 3. cont. lib. 3. cap. 19.

e) Gen. 24. Gen. 28. v. 2. & 3. Exod. 20. vers. 12. 21. v. 10. Levit. 20. vers. 3. & 4.  
Tob. 6. v. 13. Matth. 15. v. 4. Marci 7. vers. 10. 1. Cor. 7. v. 36. & 38. f) in princ. Inst.  
de nupt.

XLI.

Adeo ut exhereditatio quoque subsistere possit, si liberi contra honestatem familiae & progeniei aut stemmatis, turpi & probrosa persona se conjunxerint.

Castr. ad l. si filiam, 19. num. 2. C. de in officioso testam. l. 3. §. si emancipatus,  
5. ff. de bonorum possessione contra tab. Hottom. quest. illustr. 9. Gaill. 2. obs. 95. nu.  
17. Novell. 115. Decius in l. nuptia, num. 10. & 11. ff. de Reg. juris. Quam sententiam  
& Carol. V. Imperator secutus est: Et Const. Elector. Kirchen-  
ordnung tit. von Ehegelübnußen.

XLI.

Hinc illud pullulascit dubium: An Matris & tutorum consensus in sponsalibus siue nuptijs filii seu pupille requiratur? Et negativam de jure civili veriore esse dicimus.

Propterea quod eorum tantum consensus desideratur in nuptijs, qui patriam potestatem in contrahentes habent. Inst. de nuptijs, in princ. illis verbis: in quorum sunt potestate: l. 2. de ritu nuptiarum. At vero liberi non sunt in potestate tutorum vel Curatorum, §. femina 10. Inst. de adoption. l. in copulandis 8. C. de nuptijs. Neque etiam leges in quibus consensus necessarius esse dicitur, matris faciunt mentionem, ut in d. l. Paulus 11. ff. de statu hominum l. filius famil. 35. ff. de ritu nuptiarum: si tamen id specialibus locorum statutis, quemadmodum in omnibus ferè civitatibus  
Impp.

Impp. increbuit, dispositum atque ordinatum sit: minimè improbamus: per l. 9. & quaibi com. nor. ff. de iust. & jur. l. 16. & l. 40. ff. de ll.

XLII.

Frequens & quotidiana est questio, An pater orthodoxus filium diversæ religionis asseclam hodie excludere possit ab hereditate? quod negamus: a) Et viceversa idem quoque jus esse statuimus in filio orthodoxo. b)

a) Non obstante Nov. 115. cap. 3. §. si quis de predictis & l. cognovimus 19. C. de hæreticis: Verum potius jubente id constitutione novissima pacis publicæ in Imp. Germ-Rom. promulgatæ. b) Siquidem similitudinem idem est iudicium, l. leges 3. in fine principij. C. de legibus & const. prin.

XLIII.

Sponsalia de presenti recto & legitimo modo celebrata, vim habent conjugij: & tanquam matrimonium contractum dissolvi nequeunt: a) Iam celebris & varijs disquisitionibus nobilitatus incurrit casus: Mævius Cajsæ promisit matrimonium de presenti: pactumque fecit, ut acquisita matrimonio constante debeant esse communia: postea, ante nuptias tamen celebratas adiit hereditatem opulentam, & in vivis esse desijt: queritur, an sponsa de presenti possit hereditatem vindicare dimidiam ex pacto, tanquam acquisitam constante matrimonio? N. b)

a) Cum & potentia actui propinquior pro actu habeatur, l. qui pæna 8. §. Divus 2. ff. de manumission: resque destinata in locum aliquem perinde habeatur ac si esset in loco. l. fundi 17. §. fin. & l. granaria 18. ff. de action.

action. empti. Et facit. l. penult. ff. de sponsalibus: sed & ex verbis, quæ in præ-  
sens tempus sonant intelligi potest, ut accipio te in conjugē: *Vvesemb.*  
*in parat. ff. de sponsalibus. l. 2. S. si sponsa 1. ff. de privileg. creditorum. Schurff.*  
*Consil. 9. Cent. 3. glossa in cap. quemadmodum 25. in verb. teneretur, de jure-*  
*jurando. Eapropter nec ob stuprum violentum, per l. si uxor 13. S. si quis*  
*6. & seq. ff. ad L. Iul. de adulterijs: Panorm. d. cap. quemadmodum 25. num. 11.*  
*& 12. de jurejur. aut aliam supervenientem deformitatem, distrahi*  
*possunt; Panorm. & Imol. in d. cap. quemadmodum num. 11. & 12. vbi gloss.*  
*optima ad verbum teneretur, per cap. ex publico. 7. de conver. conjug. Ve-*  
*semb. in par. ff. d. t. num. 7. b) Quia pacta & conventiones secundum*  
*causam finalem intelligi debent; dictum supra thesi 28. lit. A. Unde cum*  
*impleta conditio non fuerit, videlicet ipsa copula & sponsæ in domum*  
*deductio, cessabit etiam lucrum, & acquisitio hæreditatis: Et verba*  
*debent accipi in propria significatione, l. Labeo 7. S. Tubero. ff. de supell.*  
*legata. Bart. in l. jubemus S. sanè. num. 7. C. de SS. Ecclesijs. item que secun-*  
*dum communem loquendi usum: Iason ad Rubr. ff. de nov. oper. nunciat.*  
*cum omnis interpretatio merito sinistra & absurda habeatur, quæ non*  
*consultit, uti loquuntur, auribus vulgi, cap. ex literis 7. de spons. notat D.*  
*Obrecht. in tractat. de jurisd. cap. 1. thesi 57. Matrimonium porrò initia-*  
*tum ex consensu, non est propriè matrimonium, sed solum modò ex-*  
*tensivè, quia videlicet spes matrimonij in propinquo est: text: in d. cap.*  
*ex publico 7. de convers. conjug. Unde etiam desponsata de præsentī, ante*  
*copulam religionem invito sponso ingredi potest: Canonista in cap. ter-*  
*tio loco 13. de præsumt. vide Gaill. 2. obs. 80. Et Myns. Cent. 6. obs. 78. qui pra-*  
*gmaticâ sanctione ad decisionem hujus quæstionis opus esse dicit.*

#### XLIV.

*Si tamen sponsus moriatur eâ ipsâ nocte, qua  
primùm concubuit, nondum habitâ consuetudi-  
ne conjugali cum sponsa: eidem sponsæ debebitur  
id, quod vel ex pacto dotali, vel ex constitutione  
aut statuto, vel consuetudine ex bonis marito-  
rum defunctorum vidua lucrantur. a)*

a) l. 7.

a) l. 7. ff. de ritu nuptiarum. l. 15. ff. de condit. & demonstrat. Et quoties  
per uxorem, cujus interest conditionem impleri, non fit quò minùs  
impleatur, perindè habenda est, ac si impleta esset l. jure civili 24. ff. de  
condit. & demonstr. Cui ac. 2. Feud. tit. 9.

#### XLV.

*Non exigui etiam momenti, & ad lapsum lu-  
brica est quæstio: An ob errorem qualitatis possit  
dissolvi matrimonium? a) Et an propter adul-  
terium matrimonio dissoluto personæ innocenti  
statim permittatur novam conditionem quære-  
re, & matrimonium contrahere? b) Vtrum-  
que Affirm: prius tamen cum aliquo tempera-  
mento: scilicet si error sit realis. c)*

a) Leo Imp. Novell. 93. quomodo enim vera sponsalia sunt, in quibus  
nihil verum neq; genuinum conspicitur? ubi meretricium se offert  
scelus: ubi causæ sunt dissidiorum & odij: ubi animorum alienatio:  
quomodo ibi matrimonialis concordia, quomodo purus sponsalisq;  
est amor? b) Quia matrimonium adulterio dissolvitur, non tan-  
tùm quo ad separationem tori, sed etiam quo ad vinculum matri-  
monij. Et Matth. c. 5. vers. 32. & cap. 19. v. 9. Christus ex sola causa adulterij  
licere libellum divortij tradere respondit: E. personæ innocenti novæ  
nuptiæ conceduntur. Neq; enim diortium verè est, ubi innocēs per-  
sona manet obligata: *Vvesemb. in parat. ff. de divor. facit cap. Luca 16. v. 18.*  
*1. Cor. 7. v. 11. cap. quos Deus, 33. q. 2. cap. numquid 28. q. 1. cap. dixit, 32. q. 1. cap.*  
*significasti, 4. de divor. Beza de divor. fol. 178. & seqq. Beust. p. 2. c. 16. & 24.*  
c) per c. 1. 29. q. 1. c. tua, de sponsal. l. vnic. C. de rapr. v. iug. l. 57. & 58. ff. de rit. nup.

#### XLVI.

*Pater filiam dotare necessariò a) tenetur,  
b) etiam locupletem: c) Occurrit jam dubia  
concertatio; An renunciatio quam mater dote*

F 2

congrua

congruâ receptâ fecit, eaque patre spirante decessit, sit nepotibus noxia & damnosa, quò minus perveniant ad successionem a vi? d) Minime.

a) Dos namque est patrimonium mulieris, l. Pomponius Philadelphus 35. ff. Fam. l. Ercisc. l. deniq. 33. §. 5. ff. de minoribus 25. annis: Et quasi mulieris thesaurus ad vitæ necessitatem conservandus: Varrone teste. b) Adeò, ut ad id ætate & pudore filia exigente per Magistratum cogi possit, l. 19. ff. de ritu nuptiarum: Quia paternum officium est dare dotem pro progente, l. ult. C. de dotis promiss. Imò pater de in rem verso tenetur, si filiusfam. pecuniam mutuam acceptam pro sorore in dotem dederit, l. 17. ff. ad S. C. Mac. Et Reip. etiam intersit mulieres esse dotatas: l. 1. ff. solut. matr. Gaill. 2. obs. 39. n. 20. c) cum d. l. ult. C. de dotis promiss. generaliter constitutum sit, ut si pater pro filia, quæ adventitia habet bona, & doti sufficientia, dotem simpliciter dederit, pro eo accipiatur ac si de suo dedisset: & l. 6. ff. de collat. bon. respondeatur sine exceptione, patrem filia dotem dare debere: nihil hîc distinguendum arbitror: dictum supra thesi 14. litera A. neq; ea quæ in favorem filiarum sunt introducta in earum detrimentum interpretenda & accipienda. l. nulla 25. ff. de ll. l. quod favore 6. C. eodem. Mynsing. 5. obs. 32. num. 4. & 5. Gaill. 2. obs. 95. nu. 14. Euerh. in Top. in loco, à dote ad alim. Treutl. vol. 2. disp. 7. the. 2. lit. c. Non tamen hæreticam, l. 19. C. de hæret. Nov. 115. c. 3. §. 14. neque etiam incio patre ante annum 25. ætatis indigno maxime marito nubentem: Auth. sed si post. C. de in off. test. d. Nov. 115. c. 3. §. 11. vers. si verò, Gaill. 2. obs. 95. num. 10. & seq. Treutl. d. loco lit. g. d) Modò dotem acceptam conferant: arg. l. si ex patronis 10. §. 2. in fine ff. de bonis liberr. & l. si quis filio, 6. in pr. ff. de iniusto, rupto. ca. 1. §. filij nati, si de feudo defuncti contentio sit inter. cap. 1. de fil. nat. ex matr. vbi Cuiac. & Hottom. Maranth. disp. 10. Tiraq. de jure primogen. quest. 40. num. 113. & num. 120.

#### XLVII.

*Sed queritur? Vtrum dos ab hæredibus mariti propter adulterium mulieris retineri possit? Et verior*

*verior est sententia hæredes mariti dotis retentionem non habere. a)*

a) Quia iudicium de moribus non transit ad hæredes, l. 15. §. 1. ff. solut. matrim. Neq; actio injuriarum quæ defuncto competebat transit ad hæredes, si defunctus eam non intentavit, l. 1. ff. de privat. delict. l. injuriarum, 13. in princ. ff. de injurijs. Imò regulariter actiones ad vindictam comparatæ non transeunt ad hæredes, l. 1. & ult. C. de revoc. donat. l. omnimodò 30. C. de inoff. testam.

#### XLVIII.

*Anceps & dubia etiam est questio, An bonis mariti & ad mortem condemnati confiscatis, uxor suam dotem salvâ habere possit? Affir. a)*

a) l. ob maritorum 2. C. ne uxor pro marito: text. elegans in l. res uxoris 24. C. de donation. inter virum & uxorem. l. quinquis 5. §. uxores 5. C. ad L. Iuliam Maies. l. si quis 9. C. de bonis proscrip. & in Auth. bona damnatorum, C. eod. tit. l. Sancimus, 22. C. de penis. Can. in cap. ex literis 5. de pignor. Afflick. in Const. Regni Neopolitani tit. de uxor. for. jud. lib. 2. rub. 8. num. 1. & 3. Gaill. lib. 2. obs. 86. num. 1. & 2.

#### XLIX.

*Idq; obtinet non solum quando omnia mariti bona in commissum ceciderunt, sed etiam si pars eorum confiscata sit: Fiscus enim pro ea parte ad dotis restitutionem tenetur. a)*

a) Per text. in l. si marito 31. ff. Solutio matrimonio. Etiam in proscrip. siue bannitis: nam cum hi civiliter mortui esse censeantur, meritò uxores suas dotes salvas habere debent: text. in l. 1. §. 8. in fin. ff. de bon. possess. cont. tabb. l. actione 65. §. 12. ff. pro socio. l. sed si alia 5. ff. de bonis damnat. Bald. in Auth. habita num. 7. C. ne fil. pro par. Felin. in cap. significantibus. 28. num. 8. ff. de off. & pot. jud. deleg. Gaill. de pac. publ. lib. 2. cap. 16.

#### L.

*Imò etiam si statuto cautum, vel consuetudine*

dine receptum, aut pactis dotalibus conventum, ut bona constante matrimonio acquisita, sint inter conjuges communia; in generali confiscatione bonorum mariti uxor vigore statuti, consuetudinis vel pacti, prater dotem etiam partem dimidia bonorum acquiritorum repetere potest. a)

a) per text. d. l. res uxoris 24. C. de donat. inter virum & uxorem. cap. significavit. 2. de donat. inter vi. & uxorem. glossa ibid. bona in verbo divisionem. Et ita iudicatum fuisse in Camera Imperiali affirmat Gaill. 2. obs. 86. num. 14, in Causa Horion contra Episcopum Leodiensem, 5. Julij A. 1568.

LI.

Spinosa porro est in utramque partem agitata est questio inter Magistros juris, An mulier in repetitione dotis *πρωτοπραξίας* beneficio gaudeat, non tantum contra tacitam sed etiam expressam anteriorum creditorum hypothecam? Nos omissa sententia negante, a) affirmativam b) ut comm. DD. calculo, c) praesudicij Camera Imperialis, d) est constitutionibus Electoralibus e) confirmatam est receptam, defendere conabimur: Hoc tamen privilegium tantum mulieri, est ejus liberis, ex eodem matrimonio descendentibus, item nepotibus atque pronepotibus, f) non etiam liberis alterius matrimonij g) competere dicimus.

a) Cui ad stipulatur Bart. in l. asiduis 12. C. qui potiores in pignore, quam etiam sequitur Ripa in l. quassitum num. 7. ff. de priu. credit. Jason in §. fuerat

in §. fuerat num. 72. Gomez: num. 27. Inst. de action. & Ioann. Coras. in l. qui liberos 10. nu. 17. ff. de ritu nuptiarum. b) quae est Martini veteris glossatoris. c) Ex d. l. asiduis, 12. C. qui potior: in pignore. Et l. in rebus 30. C. de jure dotium, quae leges cum indistincte loquantur mulierem habere praelationis praerogativam contra Omnes creditores: nec distinguant inter tacitam & expressam anteriorem hypothecam, cessare debet & hominis distinctio, arg. l. de pretio ff. de publician. Gaill. 2. obs. 25. num. 10. Deinde quia praefertur mulier creditori mutuanti in refectionem aedium, atque is potior est eo, cui anterior & expressa hypotheca ex pacto competit, Nov. 97. §. his consequens: multo magis praeretur etiam mulier creditoribus expressam hypothecam habentibus, quia si vinco vincentem te, multo magis vinco te, l. de accessionib. 14. §. 3. ff. de diuer. temp. praescript. Everhard. in loco a fisco ad dotem num. 2. D. Praeses in tract. de jur. praelat. p. 1. cap. 35. & par. 2. cap. 19. Et tradit praclare D. Obrecht. in disput. de pignor. thesi 440. & seqq. d) Quia secundum eam in Camera Imperiali pronunciatum fuisse asserit Myns. Cent. 4. obs. 13. per d. l. in rebus C. de jure dotium. & d. l. asiduis. C. qui potiores in pignore. e) Const. Elector. Sax. p. 1. art. 28. in pr. ibi: Allen andern gläubigern. Unde etiam jus habet retentionis in bonis mariti pro dote illata, ut nec ex possessione bonorum mariti defuncti excedere cogi possit, nisi ipsi pro dote satis fiat Bald. in l. pen. num. 2. ff. de pigno. act. & DD. comm. in l. divortio §. ob donationes 5. ff. soluto marr. Myns. 6. obs. 45. num. 5. Hartm. Hartm. titu. 27. obs. 6. nu. 2. Secus in dote cauta seu confessata tantum, per d. l. asiduis §. 1. verb. si tamen re ipsa, Gaill. 2. obs. 81. num. 1. & seqq. Myns. Cent. 1. obs. 61. ut & in Feudalibus non habet tacitam hypothecam, Sal. Jas. & alij in l. ult. C. de jure Emph. Brun. conf. feud. 1. num. 19. Afflict. decis. 162. Myns. 6. obs. 45. num. 3. & 4. In paraphernalibus vero bonis, quae scilicet extra dotem uxor attulit, tacitam habet hypothecam, si maritus ea administraverit, aliàs non: per l. ubi adhuc 29. C. de jure dotium: & ibi gloss. Et l. ult. C. de pact. conv. & ibi DD. Jason in d. §. fuerat, num. 41. Myns. 5. obs. 4. num. 2. & 3. D. Praes. d. c. 35. f) per d. l. asiduis in §. ad haec omnia, vers. & ideo, C. qui potiores in pignore. D. Obrecht. d. loco thesi 457. g) Cum hoc non reperiatur constitutum, non itaque interpretatione debet introduci: textus elegans in l. un. C. de privilegio dotis. l. dabimusque 19. ff. de rebus author. jud. poss.



## LII.

*Disceptatur, an testatori divisionem inter heredes prohibenti, mos sit gerendus? Negatur:*

a) *Sed neq̄ inter omnes convenit an divisio perperā & dolo cohæredibus facta possit revocari etiam lesione medium non excedente. Hac in parte affirmativa haud inviti subscribimus. b)*

a) arg. l. final. C. Comm. divid. l. 14. §. 2. eod. Castrensis & Jason ad l. si non sortem, 26. §. si centum 4. ff. de condict. indebiti. Clarus in §. testamentum num. 1. q. 67. b) per l. 3. C. Comm. utr. judicij: arg. l. unde 79. ff. pro socio. l. in contractibus 3. C. quibus ex causis major. l. jure 6. §. 2. ff. de jure dotium. l. In causa 16. in princ. ff. de minor. Idq̄ etiam obtinet inter majores: d. l. In causa ff. de minor. d. l. 3. C. comm. utr. judicij. d. l. 6. in fine ff. de jure dotium.

## LIII.

*Elegans quoq̄ & perutilis est questio illa: An sumptus filio studiorum gratiâ peregrè agentis subministrati, in rationem portionis, quæ ex patris bonis ad eundem filium pertinet computari debeant? Et negativam firmis moti rationibus constanter propugnamus. a)*

a) Quia parentes æquitate naturali liberos suos alere & instituire coguntur l. 5. ff. de agnoscendis & alendis liberis. cum l. 43. ff. de V. S. Imò necare eos videntur si ipsis denegant alimenta, l. 4. ff. de agnos. & al. liberis. facit l. 20. §. 6. ff. famil. Erisc. l. 1. §. 16. ff. de collatione bonorum: ubi ea quæ honoris causa filio data sunt non veniunt in collationem. Et per l. 50. ff. famil. Erisc. Ubi emancipatus sumptus studiorum causa missos conferre non cogitur, multò minùs igitur filius in potestate constitutus: quia affectio paterna major in hunc quam in illum esse præsumitur. Et

tur. Et qui vult consequens vult etiam necessarium antecedens l. 2. ff. de jurisdictione: parens autem vult consequens, ut videlicet filius evadat in virum doctum: E. & sumptus velle debet, sine quibus ad illud consequens pervenire nequit. Imò & æs alienum necessitate urgente à filio studiorum causa contractum, ex communi hæreditate exolvendum est. d. l. 1. §. 16. ff. de coll. bon. l. 7. §. 13. ubi D. Gottofr. ff. de S. C. Macedoniano.

## LIV.

*Statutum, ut res alienanda primùm cognato offeratur, a) ex jure divino ortum trahere, b) & de jure valere c) communis est D.D. sententia: Verùm ambigitur, intrâ quod tempus possit ipse conjunctus aut vicinus precium offerre emptori, & petere dictam rem, si per consuetudinem, vel statutum, certum tempus non sit præfixum? Et intrâ annum & diem talem retractum fieri debere aimus. d)*

a) Quod vulgò jus protomiseos sive congrui appellatur. b) quia non erat licitum possessionem transferre de tribu & familia, nulliq̄ alij poterat venundari, nisi ei quem propinquitas sanguinis expectabat, ut habetur Levit. cap. 25. & Jerem. cap. 32. c) Baldus in l. dudum. 14. C. de contrah. emptione: Bartol. in l. 2. C. de debit. civi. Et factum ad hoc optimè text. in l. lex qua tutores, 22. §. ergò. C. de administ. Tut. Text. in l. in fundo, 38. ff. de R. V. ibi, laribus sepulchrisq̄ avitis carendum habeat text. in l. sim emptioem 35. ff. de minor. ibi, quod majorum ejus fuisset. Can. in cap. constitutus 8. de in integrum restitut. Quod etiam ad res in solutum creditori datas extendimus præsertim si in solutum datio sponte facta fuerit à parte, l. pretij causa 9. C. de resim. ven. l. eum à quo 16. C. de solution. cum venditionis vicem obtineat: l. eleganter 24. ff. de pignor. act. l. si prædium 4. C. de evict. non verò à judice: l. a Divo Pio 15. §. si pignora 3. ff. de re jud. l. si creditor 2. C. de jure dominij impetr. Coras. miscell. 3 c. 3 n. 3. d) Quia

G

ex jure

ex jure communi tempus simpliciter prolatum de anno accipitur, quod est singulare dictum Bald. in cap. 1. §. Titius filios, num. 2. vers. Item nota, Si de Feudo fuerit contro. inter dominum & agnatum vasall. Et hæc Baldi opinio etiam obtinuit in Camera, teste Gaill. 2. obs. 19. num. 14. Myns. 3. obs. 51. nu. 3.

L V.

Princeps Castrum potens uni prius, postea ex intervallo idem alteri, utriq; ob bene merita donoderat: & posterior donatarius in possessionem donatæ rei venerat: queritur uter eorum sit præferendus? A parte prioris statimus, a) Si scilicet uterq; abusive investitus fuerit: secus si alteruter propriè, ubi possidentis melior est conditio.

a) Quia prior concessio sive donatio Principis valdiore est posteriori, per textum singularem & perelegantem l. prædia 5. C. de locat. prædiorum civil. Et causam habens à Principe à nemine molestari, sed perpetuò tutus esse debet, text. in l. omnes 2. & l. bene à Zenone 3. C. de quadriennij præscript. Idq; adeò obtinet, ut etiamsi posterior donatio motu proprio facta sit, non tamen subsistat: per text. in d. l. prædia. Decius consil. 287. num. 7. Consil. 432. num. 2. Baldus Consil. 327. num. 4. vol. 1. Decius in l. nemopotest mutare, 75. num. 4. ff. de Re. jur. Unde concessio secunda ipso jure nulla est, & primo donatario competit Rei vindicatio contra secundum donatarium possessorem rei donatæ, Jason in l. quotiens 15. C. de R. V. num. 7. D. Obrecht. in disp. 3. de donat. thesi 54. & seqq. Cuiac. 18. obs. 31. Gaill. 2. obs. 55. Afflict. decis. 334. Schrad. p. 5 cap. 2 num. 19. Myns. 3. obs. 61. Canon. in cap. Si tibi absentis. 17. de præbend. in 6. cap. tibi qui gratiam 12. de rescript. in 6. Posteriori tamen donatario obligabitur donator ad id quod interest dupliciter, vel ad solvendam pecuniam castro æquivalentem, vel ad castrum consimile pariq; æstimationis præstandum per l. 6. C. de hereditate vel act. vend. Myns. 4. obs. 61. num. 16. Et tradit Clariss. D. Præses in Discursu suo Feudistico, part. 4 cap. 5.

LVI.

LVI.  
Caterum, iam rursus sollicitè à plurimis queritur & sæpè movetur, An à Principe urbis alicujus vel castri jurisdictione concessa, (veluti si Princeps dicat, Investimus te civitate, pago, & c. cum jurisdictione, Germ: Wir belehnen ihu mit dem gericht) merum a) Imperium & mixtum concessum intelligi debeat?

a) Si antiquam meri Imperij naturam spectamus, merum non concessum esse dicamus oportet: quia jurisdictio est species separata ab Imperio merito, l. 3. ff. de jurisdictione: Dn Obrecht. in tractatu de jurisdict. & Imp. cap. 1. & 3. D. Præses in disput. de jurisd. thesi. 17. & seqq. Et ideò si hoc quoq; transferri debet, necesse est ut id nominatim & specialiter fiat, l. 1. ff. de off. ejus cui mandata est jurisdictio: Nobis ea distinctio placet quam habet Nobilissimus D. Obrecht. d. cap. 1. num. 14 & seqq. d. tractatu de jurisdictione & Imperio: Et Clariss. D. Præses in d. disput. de jurisdict. post princ.

L VII.

Rursus nodosa & valde intricata hinc moveri potest questio, An Tutoris datio a) sit Imperij vel jurisdictionis? Cum Vlpiano, b) negativè respondemus, & ei soli competere dicimus, cui nominatim hoc dedit vel lex, vel Senatus consultum, vel princeps.

a) Verba ista hinc specialiter accipi debent de Dativa videlicet Tutoris constitutione: Nam & testamentaria est Tutoris datio, l. 8. §. ult. l. 10. §. 2. l. 13. 15. 16. §. 3. & ult. ff. de testam. tut. Et cuius patrifamiliæ testandi jus habenti permessa est ex L. 12. tab. ita ut privatus quoq; habeat aliquam Tutoris dandi facultatem ex lege concessam, l. 1. in pr. & l. tutor incertus 20. ff. de testam. tut. D. Obrecht. in disput. de patrocinio pu-

pupillorum thesi. 36. 37. & thesi 52. b) Quia est juris, per text. expressum in l. mutuo, 6. § 2. ff. de tute. juncto princip. vers. ex lege Attilia, Inst. de Attil. Tut. & vers. ex L. Julia & Titia Inst. eod.

### LVIII.

*Hodiè tamen ex generali consuetudine Germaniæ, omnibus jure Magistratus a) cui hoc specialiter concessum est, b) jus illud competere haud inficiamur. c)*

a) Sunt autem Magistratus propriè in jure nostro ij, qui imperium & jurisdictionem à superiore acceperunt; atq; ita apud Tacitum 3. annalium & apud alios Latinos auctores semper usurpatur Magistratus vocabulum: b) Sic in hac Argentinensi Repub. creatio Tutoris pertinet ad majorem Senatam sive majus Consilium: Verordnung der Vogten ist vor den grossen Räte gehörig 2. tit. Sachen so vor den grossen Räte etc. Sic constitut. Palatinatus Elector: certis Magistratib. cõcessit tutoris dadi potestatem, In der Landordnung tit. 3. c) Itã post DD. tenet Schneid. in §. nos autem, 5. Inst. de Attil. Tut. Vult. ibid. n. 10. Harpr. n. 25 D. Obrecht. in tractatu de jurisd. cap. 12. n. 29. & thesi 44. de patrocinio pupillorum: Et ita sancitum in der Reformation guter Politien zu Augspurg auffgericht etc. Anno 1548. tit. von der Pupillen etc. §. 1. & 2. Et in ordinatione Politicæ Anno 1577. t. 32. §. Item das er etc. Notat item præclarè Clariss. & Consultiss. D. Doctor Iustus Meierus, in tractatu suo de Tutelis.

### LIX.

*Tutoris officio fungi est res licita & per honorifica, omnesq; eos tutores esse posse qui nõ prohibentur: haud dubium est: a) Prohibentur autè à Tutela administratione, vel non idonei b) vel etiam idonei: c) Verùm scrupulosa & quæ in praxi frequentissimè contingit, occurrit quæstio, Anne Vitricus privigni sui d) & filius familiars e) Tuto-*

*e) Tutores esse possint? Affirm. utrobiq; tueri haud veremur.*

a) arg. l. 1. in princ. & §§. seqq. ff. de postulando: l. 13. ff. de testibus. b) Ob vitiũ scilicet aliquod corporis vel animi: per quod rebus pupilli rectè superesse non possunt, ut est Cæcus: l. vnic. C. qui morb. l. 3. C. qui dare tut. Mutus: §. 4. Inst. de Curat. l. 20. ff. de rebus author: jud. possiden. l. 3. §. ult. ff. de postulando. Surdus. d. §. 4. Inst. de Curat. Furiosus. §. 2. Inst. qui test. tut. dar. poss. Mente capti sive dementes, §. 4. Inst. de Curat. l. 28. C. de Episcopali aud. Fatui. l. 2. ff. de postulando. Et alij debiles, qui corporis aut mentis valetudine perpetuã tenentur, l. 5. ff. de postulando. l. 45. §. ult. ff. de excus. l. 13. in princ. ff. de vacat. & excus. munerum. c) propter civilem causam, quæ ostendit pupillo non esse commodum ejusmodi habere Tutorem, ut est Fæmina, l. ult. ff. de tut. l. 26. in princip. ff. de testam. tutela §. ult. Inst. de legitim. patr. tutel. l. 3. §. 4. ff. de legitimis tut. Obzatus, jus Palatinatus Elector. tit. 3. §. 4. ibi, de gleichem mit schwären etc. si tamen de fide eius nullã sit dubitatio potest admitti. Debitor vel Creditor pupilli. Novell. 72. cap. 1. 2. 3. 4. modò non sit Mater vel Avia, quæ admittuntur, per Novell. 94. c. 1. atq; itã abrogatum est jus vetus, quo tam creditor, quam debitor pupilli ad tutelam suscipiendam cogi poterat, l. 7. C. de excus. tut. D. Obrecht. de patr. pupillorum. th. 185. Montanus de tutelis, cap. 9. num. 56. & seqq. pater & avus, ut & omnes parentes virilis sexus juxta Cuiac. in d. Nov. 72. & 94. quia in his eadem militat ratio. Aliud est si testator in testamẽto hos dederit: nam voluntas Testatoris omnem suspicionem fraudis tollit, quia pater amicissimos & fidelissimos liberis suis tutores solet eligere, l. 36. ff. de excusar. & diligentia eorum satis sit probata à testatore, §. 1. Inst. de satud. tut. Qui rem cum minore habet, gloss. in §. ult. Inst. de auct. Tutorum. Clerici sive personæ Ecclesiasticæ, text. express. in l. 52. in princ. C. de Episcopis & Clericis. Nov. 123. cap. 5. Adeo ut Episcopi quidem atq; Monachi, ne quidem volentes ad tutelam admittantur: quia sese secularibus negotijs immiscere non debent. cap. ult. dist. 88. Miles. l. 4. C. qui dare tutores vel Curat. l. militem. 7. C. de procuratoribus. d) l. 32. §. 1. ff. de adoption. ubi Imperat. Titius Antoninus rescripsisse legitur, privignum suum tutorem adoptare permittendum: quod si tutor privignum adoptare potest, ne-

est, necesse est tutorem eum esse vitricum: quia vitricus & privignus sunt correlata, ut uno posito alterum quoque sit ponendum: Euerhard in Topicis in loco à Correlativis, num. 2. Keckerm. in system. logico in Canone relat. fol. 116. Sic in lult. C. de contrario iudicio Tutela, quidam privigni sui Tutelam administrasse dicitur, unde etiam nascitur Tutelæ actio: facit d. l. nonnunquam 32. §. 1. ff. de adoption. l. 2. C. de interd. matr. Gravetta Consil. 190. num. 7. Speculator lib. 1. tit. de Tutor. §. nunc videndum, num. 4. vers. Veruntamen. Imò & vitricum aliquando reliquis consanguineis præferri, notavit Menoch. lib. 2. præsumt. 32. num. 3. e) in princ. Inst. qui testam. tut. dari poss. Quia tutelæ causa est publica, l. 2. ff. de R. I. Filius verò familiæ in causis publicis si ad eas vocetur, habetur pro patre familiæ, l. 9. ff. de his qui sui vel alien. jur. vide Treut. vol. 2. disp. 8. th. 2. h. f.

LX.

Feminas Tutelas gerere jure Regulari non posse, a) ostendimus: b) præter matrem & aviam. c) Jam in controversiam venit, Anne præferantur etiam a vo paterno? d) Et si pater testamento tutorem quidem alium non dederit, prohibuerit tamen matrem gerere tutelam, an adhuc possit ad tutelam admitti? e) Negativa sine ullo flexu insisto.

a) Quia officij publici, quale tutela est, feminae sunt incapaces, l. 2. ff. de R. I. Et sit officium virile, l. tutela 16. ff. de Tutelis. l. filius famil. 9. ff. de his qui sui vel al. l. 18. C. de procurat. b) thesi proximè præcedente. c) l. 2. C. quando mulier tut. offic. fung. potest. Novell. 22. cap. 40. Nov. 94. Nov. 118. cap. 5. si videlicet nullus Tutor est Testamentarius, Auth. Matri & Avia. C. eod. tit. Montanus de tutelis, cap. 15. nu. 42. adeò ut omnibus præferantur agnatis, etiam respectu bonorum Feudalium: cum hoc ipsum jure Feudali correctum non sit: dummodò renunciaverint auxilio S. Cti Velleiani, d. Nov. 118. cap. 5. & d. Auth. Matri & Avia. C. quando mulier Tutela officio fungi potest. d) Quia solis præferuntur cogna-

tis ex latere venientibus, d. Novell. 118. cap. 5. vers. hæc enim servantes. Notat etiam Afflict. decis. 183. nu. 1. & decis. 281. nu. 2. e) per d. Novell. 118. ibi, defuncti namque voluntatem: Et probatur etiam ex autoritate legis 12. tabb. ubi ita scriptum est, Uti legasset super tutela sua ita jus esto, per l. 120. ff. V. S. Et voluntas testatoris lex esse debeat, Nov. 22. C. 2.

LXI.

Principibus quoque & illustribus personis Tutores & Curatores constitui, necessarium, a) & luce meridiana tam ex jure quam historiarum monumentis clarius est: b) Verum, jam scrupulum non exiguum habet: Anne matrem vices filiorum minorennium, (id quod in plurimis provincijs & Regnis plerumque fieri & factum fuisse constat,) aut vero proximiores agnatos gerere, tutius sit & Reip. utilius? Nos pro agnatis pugnabimus. c)

a) Si enim quicquam est in politica administratione quod diligentem sedulamque curam mereatur, certè Tutela & Cura Regionum & Illustrium pupillorum potissimum hac in parte sibi vendicat locum: Non tantum ut ipsis adversus ambitionem & injuriam aliorum jura sua facta testaque conserventur: sed etiam ut odia & æmulationes, quæ inter agnatos ob hujusmodi Curatelas sæpè nasci solent, cum extremo subditorum damno pernicieque, legitimis repagulis & Ordinum auctoritate tanquam freno quodam coercantur: ut præclare differit Christophorus Besoldus Antecess. Tubing. lib. 3. dissert. 4. nu. 6. disp. Nomicopolit. b) In rubr. & tototit. C. de tutela vel cura illustrium & Clariss. person. Ita Antiocho Eopatri Tutor fuit Philippus Phryx. 1. Mach. 6. vers. 55. Ptolomeus Rex Aegypti filio suo Tutorem reliquit populum Romanum: Sic Imp. Frid. III. Tutor fuit Uladislai Hungariæ & Boëmiae Regis. Sic Antigonus Macedonum Rex filio suo Philippo, ut Polybius refert, Tutorem reliquit. Electorum S. Rom. Imperij pupillis,

illis, Tutelam & administrationem adscribit proximiori agnato *Antea Bulla Caroli IV. Imp. promulgata Norinberga Anno 1356 cap 7. Hodiè nonnulli Principes testamentoliberis suis dant Tutores & Consiliarijs fide & auctoritate primos: Compil. præjud. Cameral. verb. Tutor: fol. 347.*  
e) Quia tutela & administratio fæminis quæ fuit data, haud rarò non tuta fuit: Et quàm periculosa sint Imperia fæminarum, nulla nullius seculi ignorat historia, *Vide Bodin. lib. 6. de repub. cap. 5. In Regno HVNGARIÆ Regis pupilli Tutela deferretur ex consuetudine & statutis Regni Comiti Palatino, qui proximam à Rege semper obtinet dignitatem.*

LXII.

*Quòd si igitur proximis agnatis aut alijs tali modo deferretur tutela & administratio, tunc ulterius disquirendum erit: An hujusmodi Tutores vel Curatores jure Majestatis, an verò nomine tantum procuratorio rerum habenas moderentur? Posterius Affir. a)*

a) Quia Imperij Majestas tunc est penes Ordines & populum universum: *Bodin. 4. de Repub. cap. 1. num. 368 & seq. Neq; etiam illa potestas (quod est de essentia Majestatis) perpetua est, sed tantum modò momentanea: Ac proinde ea tantum quæ sunt justitiæ & necessitatis habent, non etiam quæ merè gratiæ sunt: cum ea quæ reservata sunt Principi haud veniant in concessione generali, sed specialem expressionem requirant, text. in cap. cum in generali 3 de off. vicarij, in 6. l. 1. ff. de officio ejus cui mandata est jurisdict. Paris. Cons. 10 num. 7 lib. 4. Natta consil. 179. num. 10 lib. 2. Et notat eleganter Gerl. Buxtorff. in Illustri suo scripto thesi 72. & 73.*

LXIII.

*Hùc referre & questionem illam libuit, Vtrum Præelectori post completum 18. annum, a) Tutor si ve administrator etiam Ducatum & Princi-*

*patuum Regimen resignare teneatur? quod aimus. b)*

a) Tunc enim legitimam, consequitur ætatem, *per text. Aurea Bulla Caroli IV. c. 7. Sic in Gallijs Caroli V. pragmaticâ sanctione ætas Regia anno 14. est definita: Froissart. 2. cap. 58. Girard. tomo. 2. fol. 318. Eaqu; constitutio Anno 1563. ex consilio Hospitalij renovata fuit, teste Thuano lib. 34. fol. 791.* b) Quia individuum est nexus dignitatis cum principatu ejusqu; juribus, ut apparet *ex tit. 20. Aureæ Bullæ: Et probatur idipsum per expressam Caroli IV. constitutionem de Anno 13. 6. ibi, Wann aber derselbe Elter Sohn 18. Jahr alt wirdt, zuhandt soll ihm der Vormundt alle Land Herrschafft würdigkeit ehren/abretten vnd ihm die einant wortten. Et si ad ipsius juris Electoralis administrationem habilis est, quanto magis ad sui Principatus confirmat hoc ipsum Bulla Sigismundi Imp. de Anno 1434. Basilea condita: Knichen de Sax. non prov. jure, ad verbum Elector. cap. 5. Marquard. Freh. in assert. pro Gubern. Frider. IV. Comit. Palat. vide Georg: Schönborner: lib. 2. polit. 14. Gerlacum Buxtorff. thesi 86. lit. h. Sed & manifesta sunt hujus rei præjudicia in Electoratu Saxonico: & jam hodiè Palatinali.*

LXIV.

*De Tutoribus constituendis & ea questio est nobilissima: Vtrum Camera Imperialis possit etiam Tutorem dare eum, qui sit alterius jurisdictionis: seu qui Camerali jurisdictioni medietate tantum subjectus est?*

*Gaill. quidem lib. 1. obs. 1. num. 47. censuit Camera Imperialem dare vel confirmare tutorem posse, quando nimirum & pupillus & tutor immediatè jurisdictioni Cameræ subsunt, per text. in l. 1. ff. de tutoribus & curat. datis gloss. ibidem in verbo ejusdem, & in l. neq; 5. C. qui dare tut. vel Curat. possunt. Ex quibus locis sequitur dationem ad ordinarium spectare. Cùm ergò talium pupillorum & Tutorum sit iudex Ordinarius poterit his & hos Tutores dare. Ego verò dico cùm Clarissimo & Consultis. D. D. Mejero, eandem dare posse etiam eum & ei,*

qui & mediatè quoq; subjectus est: quia jurisdictio Camerae est Imperatoria jurisdictio, quæ omnem inferiorem sub se comprehendit vñ summæ potestatis, Id quod ipsum ostendit evidenter jus appellandi. Extant etiam hac de re multa exempla, passim in Imperio sic recepta, & usurpata.

LXV.

*Non aliena ab hoc proposito est illa controversia est, de qua magnus est DD. conflictus: Num pupillus, qui sine Tutoris auctoritate, nihil gerere potest: a) nisi conditionem suam siue stipulando siue acquirendo meliorem faciat, b) contrahens sine Tutoris auctoritate, naturaliter obligetur? Dist. c)*

a) Non tantum in iudicio, idq; tam in civilibus quam criminalibus causis; ne videlicet ex sua imperitia aliquid dicat, vel taceat, quod si prolatum, vel non prolatum esset, prodesse illi poterat: teste Imp. Justin; in l. 4. C. de auctor. prest. sed etiam extra iudicium, si damni periculum subesse existimetur, & conditio ejus fieri potest deterior pr. Inst. de auct. Tut. l. 5. & l. 189. ff. de R. I. Unde nec hæreditatem quamvis lucrosam sine eo adire, l. obligari 9. §. hæreditatem 3. ff. de auct. tut. §. neq; 1. Inst. eod. neq; bonorum possessionem petere: Inst. eod. quia ad eundem contrahere videtur, l. apud Juliamum 3. ff. ex quib. causis in poss. eat. l. more 8. ff. de acquir. vel om. hered. Tum quia non raro hæreditates plus habent dispendij quam commodi. l. si hæreditatem 32. ff. mandati. non alijs promittere, vel alijs se obligare. §. pupillus 9. Inst. de inutil. stipul. vel actiones remittere. l. 2. C. de auct. prest. neq; etiam res suas distrahere, imò distractas non obstante longi temporis præscriptione recuperare potest. l. 3. C. de auct. prest. D. Obrecht. in disp. de patroc. pupillorum thesi 520. & seqq. Imò nec contractum juramento firmare: cap. non est obl. de R. I. in 6. Bald. in l. qua contra 6. in princ. C. de pactis. l. non dubium 5. C. de ll. Contractus n. hujusmodi ipso jure nullus non firmatur; dum & impuberes qua facilitate ad contrahendum, eadem etiam ad jurandum inducerentur, & sic fraudibus occasio daretur: Hackelm. in disp.

de Tut.

de Tutel. thesi. 12. litera d. b) Quia pupillo suam conditionem seu rem facere meliorem etiam sine ea licet, in princ. Inst. de auct. tut. l. 1. C. eod. l. 2. ff. de acceptil. l. 13. §. 29. ff. de act. empti. l. 7. §. 1. ff. de rescin. vend: Et propterea acquirere sibi stipulando, & per traditionem accipiendo, etiam sine tutoris auctoritate potest, teste Gaio in l. obligari, 9. ff. de auct. & consens. Tut. c) Quia duplex est naturalis obligatio, altera ex qua datur actio, l. 10. ff. de O. & A. l. 16. §. 4. ff. de fideiuss. & mandat. qualis est cum pupillus locupletior est factus, l. 5. in princ. ff. de auctor. & cons. tut. altera ex qua non datur actio, l. 127. ff. de V. O. sed est tantum soluti retentio, d. l. 16. §. 4. ff. de fideiuss. & mandat. l. 10. ff. de O. & A. qua obligatur pupillus etiam non locupletior factus, l. 25. §. 1. ff. quando dies legat. & notat optime Clariß. D. D. Justus Mejerus, in disput. de Mutuo: thesi 26. lit. b. & in disp. de Tutela & Cura, thesi 62.

LXVI.

*Quia dominia a) acquiruntur, aut jure gentium, b) ut Occupatione, c) adjectione siue accessione, d) & traditione: e) aut jure civili: f) idq; aut per universitatem: ut hæreditate, bonorum possessione, arrogatione: aut titulis singularibus, ut usucapione, donatione, legatis. g) Quæritur haud inconvenienter, an usucapio h) quam jus civile i) in odium res suas negligentium summâ ratione introduxit, sit omni juri & æquitati conveniens? k) In affirmantem sententiam imus.*

a) Est autem dominium jus quo res corporalis sua cuiq; propria est. b) §. 11. Inst. de rerum divisione. l. 1. ff. de acquirendo rerum dominio. c) Occupatur autem aliquid vel vi: idq; sit aut armis in bello justè suscepto: Unde quodcumq; captum est ex hostibus dominio victoris subjicitur, l. adeo quidem, 7. in princ. & l. transfugam 51. ff. de acquir. rerum dom. §. 17. Inst. de rerum divis. Bocerus 1. de bello cap. 18. D. Obrecht. in disp.

H 2

de domin.

de Domin & modis acquir. nat. the 8. Habetq; victor jus universale non particulare, Hortom. quest. illustr. 5. Georg. Schonbörner lib. 2. polit. ca. 15. idq; etiam lege divina, Deut. 20. Gen. 48. Aut sine bello quo pertinet Venatio quæ est ferarum, avium & piscium, §. fera igitur bestia. 12. Inst. de rerum divis. Sed jam bestiarum venatio consuetudine longissima per principes aliosq; superiores dominos terrarum subditis, maxime ignobilibus, citrà injuriam adempta est. Cum enim dominium in locis publicis Principes habeant, in his etiam ut suis prohibere venationem alijs possunt, arg. l. 2. C. de quadr. præscr. l. 3. ff. Ne quid in loco publ. Et ejus sint bestiarum territorium, ut in specie de Nabuchodonosore Dominus per Hieremiam prophetam loquitur: Hierem. cap. 27. vers. 6. & cap. 28. vers. 14. Dan. c. 2. vers. 38. Nec non etiam privatus aditu sui fundi ingredientem arcere possit, l. an unus 11. ff. si servitus vindicetur. & aliàs quilibet suarum rerum sit moderator & arbiter: facit cap. nemo retia, in tit. de pace tenenda & ejus violatoribus, 2. F. tit. 27. Fach. 1. cont. cap. 1. Treutl. vol. 2. disp. 20. thesi 3. lit. a. Eberhard. Speckhan. in quest. jur. Cen. 1. quest. 97. Vesemb. in parat. de acquir. rer. dom. nu. 7. Neq; tamen contra Principis edictum aut superioris domini operam venationi dantibus, statim capitis supplicium irrogandum arbitramur, arg. Nov. 134. cap. 13. notat Gaill. 2. obs. 68. n. 10. Vult. Inst. de rerum divis. d. §. fera igitur bestia. 12. n. 10. Vesemb. d. loco. Cum præsertim pœna commensuranda sit delicto, ut habetur in l. sancimus 22. C. de pœnis. Vel fit sine vi, ut Inventione rerum quæ nullius sunt, vel quæ certum dominum non habent, ut sunt thesauri seu depositio pecuniæ cujus non extat memoria l. nonnunquam 31. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. §. thesauros, 39. Inst. de rerum divisione: quod pertinet & occupatio rei pro derelicto habitæ. d) quæ nihil est aliud, quam alicujus rei augmentatio: & est aut naturalis, quæ consistit in nativitate ex animalibus nostris, ut sunt fœtus animalium: Cujus enim est venter, ejus est & partus, l. partum 7. C. de R. V. l. vetus 68. ff. de usufr. l. respondit 14 §. 1. ff. de usuris. alluvione, l. adeo 7. §. 1. h. t. aut alveo à flumine relicto, d. l. 7. §. 1. & t. t. C. de alluvionibus, acquisitione insulæ l. 65. §. 1. & seqq. ff. de acquir. rerum domini. Aut artificialis, quæ fit Specificatione, ut si quis ex aliena materia sibi novam speciem bona fide extruit, quæ ad pristinam materiam reduci nequit. Commixtione ædificatione, plantatione, satione: quicquid enim in solo alieno sponte plantatur, seritur, ædificatur, solo cedit, l. 7. §. cum in suo loco. 10. ff. h. t.

ff. h. t. Scriptione, §. litera quoq; 33. Inst. de rerum div. pictura l. 9. §. 1. ff. de acquir. rerum dom. §. 34. Inst. eod. tit. Huc referimus etiam jus possessionis sive perceptionem fructuum in quos bonæ fidei possessor lucratur, & suos facit: l. certum 22. C. de R. V. §. si quis à non domino, 35. Inst. de rer. divis. siue sint industriales, qui diligentia & opera possessoris proveniunt, l. 48. in prim. ff. h. t. quosve is suis operis acquirit: l. 45. ff. de usuris, siue naturales, siue etiam, ut alij loquuntur, merè naturales, per l. 45. ff. h. t. e) quæ est, cum dominus rei suæ dominum in alterum accipientem per vacuæ possessionis dationem transfert, l. Traditio 20. ff. de acquir. rer. dom. l. traditionibus 20. C. de pactis. §. per traditionem 40. Inst. de rerum divis. Ea q; aut vera est aut ficta. Vera est quæ fit ipso actu & corpore, D. Obrecht. d. disp. thesi 240. Ficta quæ fit tribus modis: patientia, Symbolo, ut si tradat claves horrei, §. 45. Inst. h. t. l. 74. ff. de contr. empr. vel instrumentum siue scripturam, quæ dominij probationem continet, l. 1. C. de donat. l. 15. C. de R. V. Monstratione, ut si quis rem quam alteri vendidit ejus oculis ex alto loco subjiciat, D. Obrecht. d. disp. th. 357. f) d. §. 11. Inst. de rer. divis. & d. l. 1. ff. de acquir. rerum dom. g) §. ult. Inst. per quas personas. Vesemb. in parat. ff. de acquir. rerum dom. num. 10. Et sententia judicis, per Jason. num. 44. Claud. nu. 52. ad l. ex hoc jure 5. ff. de just. & jure. h) Est autem utucapio Modestino l. C. authore, adjectio dominij, per continuationem possessionis temporis lege definiti, l. 3. ff. de usurp. & usucap. Aliat. ad Rubr. de præscr. num. 37. & in l. Traditionibus 20. C. de pactis, num. 33. Donellus 5. Comment. 5. tam rerum immobilium quàm immobilium: hæ enim omnes indistinctæ, tam ante quàm post Imper. Justiniani ætatem in jure usucapi dicuntur, l. non solum 33. §. si dominus. 2. §. si mihi 3. l. furtum 37. cum 2. ll. seqq. ff. h. t. l. qui fundum 7. §. servus 2. & §. qui bona 4. ff. pro emptore §. 1. Inst. de usucap. & l. unica C. de usucap. transfor. D. Obrecht. in disp. de usucap. thesi 18. i) Dico jus civile, quia præscriptio ex jure prætorio est, & ab usucapione omninò differt, neq; novissimo jure correctam is à differentiam puto: ut notat Clariss. D. D. Mejerus in disp. de præscript. & usucap. thesi 11. Obrecht. in disput. de præscript. thesi 20. k) Hackelm. in disp. de possess. & usucap. thesi 10. lit. a. Oldendorpius latè in tract. de præscript. Pinell. in Auth. nisi tricennalis C. de bonis mat. num. 40. Bronchorst. évart. 109. cent. 4. assert. 2. Rectè deniq; Cic. eam finem sollicitudinis & periculi litium in Orat. pro Cæcin. vocavit. Nam lite carere, pars vitæ beatæ mortalis non

minima est, si Martiali lib. Epigram. 10. Epigram. 47. fidem adhibemus.

LXVII.

Porro cum ad usucapionem perficiendam hac sint apprimè necessaria, possessio, a) possessionis continuatio, b) justus titulus c) & bona fides, d) Dubium hinc emergit, An extrajudicialis denunciatio malam inducat fidem? & an in præscriptione 30. vel 40. annorum requiratur etiam titulus & bona fides? prius adfirmo, e) posterius nego. f)

(a) Sine hac enim nulla usucapio procedit l. sine 25. ff. de usurp. & usucap. sine possessione, de R. I. in 6. b) per tempus à lege definitum: quod jure veteri lege 12. tabb. in usucapione rei mobilis anni spatium, at rei immobilis biennium in solo Italico fuit præscriptum. §. 1. Inst. de usuc. sed jure novo rei mobilis triennium, rei verò immobilis decennium inter præsentis & vicennium inter absentes, tam in solo Italico, quam provinciali fuit constitutum ab Imp. Justin. l. vn. C. de usucap. transf. & §. 1. Inst. de usucap. dicitur autem continuari possessio per tempus definitum, non solum si semper & continuo penes unum manet, sed etiam si ab uno ad alterum transferatur, possessio ex æquitate continuari dicitur: adeo ut possessio bona fide à defuncto cœpta, in successorem universalem transferatur, ita ut ipse, licet in mala fide sit constitutus, ea ad usucapionem absolvendam uti possit, §. diutina 12. Inst. de usucap. l. 20. ff. eod: Cuiac. ad l. 14. ff. de usurp. & usucap. Et si vel una dies desideratur nihil omnino præcedentis temporis possessio conducit, l. sed et si 26. §. quotiens 8. ff. ex quibus caus. major: adeo multa sæpè maxima terum momenta puncto temporis vertuntur, ut Livius ait. c) l. Celsus 27. h. s. hoc est, justa causa & translative possessio, & habilis ad transferendum dominium, per quam judicetur legitimum possessionis initium, ut est emptio, donatio, legatum: Titulo namq; deficiente & ipsa cessat usucapio, l. ult. C. de usucap. pro hered. l. cum nemo 5. C. de acquir. & retin. possess. l. nullo 24. C. de R. V. d) princ. Inst. de usucap.

ut vi-

ut videlicet credat possessor eum, à quo habet titulum, fuisse dominum, & habuisse ius distrahendi aut alienandi, l. bona fidei 109. ff. de V. S. Sufficit tamen ab initio intervenisse bonam fidem, videlicet traditionis tempore, ita ut superveniens scientia alienæ rei, possessori non sit noxia, per ea quæ notat Vesemb. in parat. ff. h. t. num. 11. facit eleganter l. unica C. de usucap. transf. l. cum heres. 11. in fin. ff. de diver. temp. præscr. l. 2. in princip. ff. pro emptore. Aliud est in præscriptione; nam in ea titulum semper intervenire necesse non est, ut puta in præscriptione temporis immemorialis, in qua licet nullus titulus adsit, vetustas tamen quæ legis vicem obtinet, l. 1. §. final: l. in summa 2. ff. de aqua & aqua pluvi. Vm q; privilegij habet. cap. super quibusdam 26. §. præterea, de V. S. habetur loco tituli legitime constituti, l. hoc jure 3. §. ductus aquæ. 4. ff. de aqua cott. & asti. e) per l. si fundum. 17. C. de R. V. vbi coram. DD. Felin. in cap. 2. num. 5. vers. fallit de præscript. l. penult. ff. pro emptore. l. final. C. de negotijs gestis: quod tamen de denunciatione facta ante alienationem & possessionem, non post intelligi debet. f) l. omnes 4. l. cum notissimo 7. l. si quis 8. §. 1. b. fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. 1. C. de annali Except. Hæc enim & mala fidei possessori competit, d. l. penult. C. de præscr. 30. vel 40. annorum. quia jus civile satius & Reipub. utilius esse putavit, etiam injustum possessorem defendi, quam pati, ut post tantum tempus novæ lites excitarentur. In præscriptione tamen servitutum titulus omnino necessarius est, l. 4. C. de præscr. longi temporis: l. 8. in princ. C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum. Duarr. 1. disp. 34. De jure Canonico tamen, non tantum in omni usucapione sed & in omni præscriptione bona fides est necessaria, ca. ult. Ext. de præscript. quia hoc jus non utilitatem humanæ societatis, sed potius cujusq; possessoris conscientiam respexit, unde in d. cap. ult. ait Innoc. quod non est ex fide peccatum est. Gaill. 2. obs. 18. n. 16. Myns. 4. obs. 16. n. 3.

LXVIII.

Gravis & ardua, sed utilis ac necessaria hæc oritur questio: an jurisdictio longi temporis præscriptione possit acquiri?

Affirmo: modò personæ jurisdictionem ita præscribentes, habiles & idoneæ sint, hoc est, quæ eandem jurisdictionem habent, non quæ sunt privates



privatæ l. 3. C. de jurisdic. omnium judicum l. viros 8. C. de divers. off. l. fin. C. de emancip. D. Obrecht. in tractatu de jurisdic. cap. 4. thesi 27. Borholt: in cap. unico num. 15. quæ sint regal. VVesemb. consil. 46. nu. 22. 23. Pruckm. cap. 5. num. 95. de Regalibus. Ut & merum Imperium jure hodierno præscriptioni subjacere dicimus, per l. viros 8. C. de diversis officijs, ubi statuitur, jurisdictionem in genere ex longi temporis consuetudine seu præscriptione adquiri: Jurisdictionem autem in genere accepta comprehendit sub se etiam merum Imperium, l. 1. ff. de off. ejus cui man. & cap. auditus 15. Extra de præscript. facit l. omnes, 4. C. de præscript. 30. vel 40. an.

### LXIX.

*An verò tempore immemoriali se quis possit Imperio populi vel sui principis eximere, quaritur: Id quod de jure fieri non posse arbitramur. a)*

a) Bartol. in l. infamem. 7. ff. de publicis judicijs; & in l. 1. ff. de aqua pluvi. arc. Idem in l. hostes. 24. ff. de capt. & postl. Felin. in cap. cum non liceat 12. colum. 4. & in cap. cum vobis. 14. de præscriptione. Jason. cons. 70. lib. 3. l. comperit. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Ut enim mortales adversus Deos immortales, sic nec privati adversus Rempublicam, subditi adversus principem præscribere possunt, l. 2. C. ne rei dominicæ: l. 6. C. de operibus publ. cap. venientes 19. de jure jurando. Bodin. lib. 1. de Repub. cap. fin. Vasq. 1. Contr. Illustr. 22. num. 19. Gaill. 1. obs. 21. num. 16. Georg. Schönborner lib. 5. polit. cap. 7.

### LXX.

*Res quedam Civili ratione simpliciter usucapi prohibentur, vel ob favorem eorum ad quos pertinent, a) vel ob odium possessorum: b) Controvertitur, an res etiam aliena mortis causâ donata usucapi possit? Quod sequimur. c)*

a) Ut sunt res fisci, res dominicæ, t. t. C. ne rei dominicæ: l. 18. l. 24. § 1. ff. de usurpat. & usucap. §. res fisci 9. Inst. eodem: l. 2. C. Communia de usucap.

Res pu-

Res pupillorum, per l. final. C. in quibus causis in integrum rest. l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Imò contra pupillum nec incipit nec continuatur usucapio, d. l. 3. C. eod. vers. non sexus. l. non est incognitum 3. C. quibus non objicit: longi temp. Vult. in jurispr. Rom. lib. 1. cap. 71. Res minorum, d. l. fin. C. in quibus causis in int. rest. l. ult. C. si quis ign. rem min. Res dotales, quarum alienatio, & per consequens etiam usucapio L. Julia est inhibita, l. 30. C. de jure dotium. l. 4. ff. de fundo dotali. princ. Inst. quibus alien. licet vel non. Ut nec loca juregentium publica, per l. fin. ff. ne quid in loc. si quis tamen in diverticulo fluminis publici solus pluribus annis piscatus sit, alium eodem jure uti volentem prohibere potest, per l. si quisquam 7. ff. de divers. & temporal. præscr. Bronch. évartioq. Cent. 4. assert. 3. b) Hoc numero sunt res furtivæ. §. furtiva quoq; res, 2. Inst. de usucap. Res possessæ immobiles, l. sequitur 4. §. Caterum 23. ff. eod. l. qui fundum 7. §. 4. ff. pro emptore. Et res quæ meræ dicuntur esse facultatis, ut partus furtivus, nisi & conceptus & editus sit apud bonæ fidei possessorem, l. non solum. 33. in princ. ff. d. t. l. si ego emi. 11. §. partus 2. ff. de publiciana in rem actione: l. qui vas 48. §. ancilla 5. ff. de furtis. Ut nec res testamento vendi prohibita usucapi possunt, Vult. jurispr. Rom. lib. 1. cap. 71. c) Quia donatio inter conjuges ex qua alteruter eorum non fit pauperior, habetur pro donatione extranei, ideoq; uxor ad usucapionem è vestigio admittitur, l. sed etsi 25. ff. de donat. inter vir. l. 3. ff. pro donato. l. Aristot. 18. §. fin. ff. de donatione. l. qui alienam 33. ff. de mortis causa donat. Cuiac. lib. 18. obs. 15. Hottom. 1. amic. resp. cap. 8.

### LXXI.

*Quid de rebus Ecclesiæ & Civitati relictis sentiendum? Illas etiam contra Romanam Ecclesiam annis 40. a) has verò annis centum præscribi aimus. b)*

a) Cum Novella 111. abroget centenariam præscriptionem in l. finali C. de SS. Ecclesijs, & Nov. 9. concessam. Donnell. §. Comm. 31. Cujac. §. obs. 5. b) per d. l. ult. C. de S. S. Eccl. quæ hac in parte non est abrogata, arg. l. præcipimus 32 in fin. C. de appellat. Cujac. & Donell. dictis locis.

I

LXXII.

Magna est etiam inter DD. altercatio, an exceptio prescriptionis annorum 30. obstet Domino volenti vindicare bona feudalia alienata, vel aliàs per ipsum vasallū non amplius possessa? a) et an vasallus servitia præscribere possit contra Dominum non interpellantem? illud affirmo: b) hoc verò nego. c)

a) pui à si vasallus pariatur bona feudalia per tertium præscribi, quod etiam est species alienationis, l. 28. ff. de V. S. b) per text. in S. porro, qualiter olim feud. pot. alie. 2. F. 9. & ita voluit glossa in S. praterea, de capit. Corrad. 2. F. 40. & c. 1. S. si quis per triginta. si de feud. defunct. cont. sit int. do. & agnat. vasal. 2. F. 26. & Communiter Feudistæ: VVurmbf. r. 51. obs. 13. num. 1. Gaill. 2. obs. 160. num. 1. Mynsing. 4. obs. 28. & seqq. c) quia si casus novæ legis non evenit, etiam ex diuturnitate temporis longissimi nulla inducitur novæ legis mutatio. Alex. consil. 132. num. 4. Felin. in cap. 1. num. 10 de Treuga & pace, & ibi comm. DD. Bartol. in l. in filiis 35. num. 2. C. de decurion. lib. 10. Gaill. 2. obs. 60. num. 4.

Velitantur etiam invicem viri docti an juri reluendi pignus seu juri offerendi, spacio annorum triginta possit præscribi? Nos negativam utrobiq; tam veritate Theorica quam etiam practica probabiliorem amplectimur. a)

a) Quia anima prescriptionis est bona fides, qua absente & illa expirat, cap. quoniam ult. ext. de præscript. Atqui creditor habet scientiam rei alienæ, ideòq; in mala fide constitutus, c. si virgo. 5. 34. q. 1. & 2. Ergò. Et rebus meræ facultatis præscribi nequit, l. 2. ff. de vi pub. & itin. pub. quale etiam est jus luendi pignus: creditor enim eo quocunq;

vult

vult tempore uti potest, l. 7. §. 2. & seqq. C. de præscr. 30. vel 40. ann. Accedit & hoc, quod is qui alieno nomine possidet non præscribat, l. male agitur 2. C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. 1. C. communia de usuc. Deniq; ad prescriptionem requiritur, ut pro domino quis possideat, ut sibi non alij possideat. Atqui creditor pro alieno possidet, non autem pro suo, ideòq; etiam non præscribit, l. pignori 13. ff. de usurp. & usuc. Cujac. ad d. l. 13. Gaill. 2. obs. 18. n. 4. Myns. 1. obs. 16. Bocerus classe 4. disp. 29. th. 60. Juri tamen ædeundi hæreditatem annis 30. præscribi verius est: cum hæreditatem adire sit jus non facultas facti, per text. in l. si mater 3. & ibi Castren. C. de inst. & substitut. Baldus in l. licet. 8. num. 5. C. de jure delib. Gaill. 2. obs. 120. n. 16. Myns. 2. obs. 71. num. 1. An limitibus ipsis præscribatur, queritur? Si fines sive termini sunt parochiarum, diocæsium, Provinciarum, Ducatum, Regnorum, & de ijs constet, non possunt præscribi: cap. super 4. de paroch. c. inter 6. cap. quicunq; 4. 16. q. 3. Cujac. in l. 4. §. fin. ff. de usucap. Myns. Cent. 6. obs. 28. num. 1. & seqq. Si verò de ijs non constet, posse præscribi, non ut limites sed ut solum proprium, d. cap. quicunq; 4. & Myns. d. loco. cap. quia indicante 9. de præscript. facit cap. audis 15. & cap. ad aures 6. d. tit. Et notat Abb. in cap. super eo 4. Myns. d. obs.

Usucapionis initium & ortum quedam impedire supra diximus: a) eam verò qua in cursu est, b) in nihilum redigit interruptio, c) in jure nostro civili usurpatio appellata: d) que duplex est, Naturalis e) & Civilis. f) Labet de eo quoq; discurrere & investigare, utrum Civitas bello capta, si pristinam consequatur libertatem, sua quoq; jura pristina omnia recuperet? Et pro affirmante g) disputare placet.

a) Thesi 70. b) ut & prescriptionem, D. Obrech. in disp. de præscript. thesi 316. c) Est autem interruptio actus quo cœptæ usucapionis

continuatio interpellatur l. nemo 10. C. de acquir. & retin. possess. VVesemb. in parat. h. t. num. 15. d) l. naturaliter 5. ff. de usurpat. & usucap. l. usurpatio 2. ff. eodem. e) Naturalis est, cum quis vel ipse sua sponte possessionem rei à se dimittit, vel ab alio vi ab ea deijcitur. d. l. naturaliter 5. l. si is qui 15. ff. eod. d. l. nemo, 10. C. de acquir. & ret. poss. f) Civilis est ficta quædam interruptio, quæ fit per actum civilem, utpotè per citationem, litis contestationem, libelli oblationem, d. l. nemo 10. C. de acquir. & retin. poss. vel protestationem sive attestationem l. 2. C. de annali except. & ibi Cujac. Obrecht. in disp. de usucap. thesi 422. & thesi 322. de præscript. In servitutibus sufficit factum aliquod quod (ut vocant) dispatientiam domini declaret, ut est protestatio, impedimentum usus. Bartol. in l. naturaliter n. 27. dicto. r. Baldus in l. quemadmodum 29. §. 1. & §. Magistratus 7. ff. ad L. Aquiliam. cap. auditis 15. ubi Innoc. de præscript. Vesemb. in parat. nu. 15. ff. de usurp. & usucap. Unde talis interrupta possessio non continuatur: imò totum præcedens tempus in irritum cadit: adeò ut opus sit de novo inchoare possessionem, idemq; temporis cursus qui ante, necessarius erit, ut notat Panorm. in cap. illud. 8. & cap. cum non liceat. 12. de præscript. g) Quia Civitas jure quasi postliminij in libertatem restituta, ejusdem juris & status esse fingitur, ut de agrorum captorum & liberatorum proprietate traditur in l. si captivus 20. ff. de captivis & postlim. revers. Et de eorundem usufructu, l. si ager. 26. ff. quibus modis usufr. amit. Et qui postliminio redit omnia jura sua recipit pristina, quod reddijt, l. 5. §. 1. l. 19. in princ. §. 3. l. 26. l. 30. l. in bello 12. §. Cetera 6. ff. de captivis & postlim. revers. Gaill. 2. obs. 61. num. 5.

LXXV.

*Qui auctoritate propria & sine iudice sibi jus dicit, & per vim quod suum est vel sibi deferatur aufert, jus suum amittit: a) Imò tanta censeatur violentiæ improbitas, ut spoliatus etiamsi sit prado, b) per vim, sua possessione ante omnia sit restituendus, unde etiam interdictum Unde Vi ei competit contra dominum deijcientem. c)*

a) Textus

a) Textus elegans in l. extat. 13. ff. quod metus causa: l. penult. & ult. ff. ad L. Juliam de vi privata: l. si quis in tantam. 7. C. unde vi. (Frivole igitur hodiè quæritur, an Remedium d. l. si quis in tantam, sit in usu & practicandum? Quidquid enim nō est abrogatum, illud utiq; videtur adhuc florere: & adsunt in hanc rem præjudicia Cameralia.) Neq; singulis est permittendū, quod per Magistratum publicè fieri debet, l. non est singulis 176. ff. de R. I. Et ideò judiciorū vigor jurisq; publici Tutela in medio posita est, ne quilibet privatus sibi ipsi permittere valeat ultionem, l. nullus tanquam Judæus 14. C. de Judæis & cælic. Sic Creditor si vim adhibet debitori suo, amittit jus crediti. l. 8. C. de oblig. & act. facit l. 6. & 7. C. unde vi. Sed quid dicemus, si conuenerit ut Creditori pignoris possessionem impunè liceat arripere sine Magistratus auctoritate? Conventio talis nil aliud præstabit Creditori, quàm ut nihil amittat & ut parata sit executio: text. in l. Creditores 3. C. de pignoribus & hypoth. Scipio in decis. Camer. lib. 1. decis. 143. & lib. 2. decis. 160. & 173. Clariss. D. Præses in tract. suo de jure prælation. p. 1. cap. 17. auctoritate tamen Magistratus melius & tutius est exigere id etiam, quod mihi licet meo jure exigere. l. 7. §. 1. ff. de rebus eorum qui sub Tutela. l. 7. §. 3. in fine ff. quod vi aut clam. l. 81. ff. de solution. & liberat. Marantha in §. quod ait, num. 37. & seqq. b) l. Colonius 12. l. cum fundum. 18. ff. de vi & vi armata: l. 1. §. qui à me 30. ff. eod. §. recuperanda 6. Inst. de Interd. ubi traditur, interdictum possessionis recuperandæ dari vi dejecto suâ possessione ad possessionem restituendam, etiam si is à deijciente vi, clam, vel precario possideat: Nemo enim sine causæ cognitione sua possessione est priuandus, Gaill. 2. obs. 76. num. 8. c) Ut neq; exceptio proprietatis sive domini spoliato hoc interdicto agenti objici possit: arg. l. qui possessionem 17. ff. de vi & vi arm. l. 1. in verbis, sine ulla cunctatione, C. si per vim vel alio modo absenti. text. in cap. Literas 13. de restitut. spol. l. si quis ad se fundum. 7. ibi, eademq; protinus restituta. C. ad L. Juliam de vi publ. VVesemb. in par. ff. de vi & vi arm. num. 11. Schneid. ad d. §. recuperanda. 6. num. 23. Inst. de interd. Gaill. 2. obs. 75. n. 2. & 3. VVurmbf. tit. 46. obs. 5.

LXXVI.

*Anne Vasallo competat interdictum unde vi contra dominum spoliantem se possessione*

I 3

Fendi:

Feudi? a) & usufructuario? b) dubitatur  
maximè.

a) Difficulus sanè, quia semper pro Domino præsumptio est:  
quam & Camerales valdè considerant. Imò potiùs affirmamus: quia  
hoc interdictum datur possidenti adversus deijcientem, d. S. recupe-  
randa 6. Inst. de int. ca. vn. de milit. vasall. qui contumax est, 2. Feud. 22. Aliud  
est in colono & inquilino, quia hi non possident ne naturaliter quidè,  
l. 9. ff. de R. V. b) tam interdictum unde vi pro usufructu recupe-  
rando, de quo per vim quis dejectus est, l. ult. ff. vi possid. l. 3. S. uti  
frui. 14. ff. de vi & vi arm. quàm interdictum uti possidetis, pro usufru-  
ctu retinendo: Bronchorst. cent. 1. misc. cont. assert. 48. Fach. 8. Cont.  
cap. 18.

#### LXXVII.

*Sed hìc rursus haud inconvenienter quæri  
potest: Anne Dominus vasallum propter com-  
missam Feloniam auctoritate propria Feudo  
privare possit: an verò opus sit sententià decla-  
ratorià? posterius affirmamus. a)*

a) per text. in cap. 1. in princ. de feud. sine culpa non amittent. 1. F. 21. Afflict.  
pulchrè ibidem, num. 13. Jacob. de S. Georgio in verbis, dictiq; vasalli promise-  
runt, num. 9. & num. 11. Bald. inc. 1. S. publici latrones, num. 3. de pace tenen-  
da. ubi dicit per illum text. quod quis non sit privandus feudo, nisi  
ordine judiciario servato & sententià condemnatorià subsequatà: Gaill.  
2. obs. 51. n. 1. tractat eleganter Hartm: Hartm. tit. 54. obs. 23. num. 1. 2. &  
seqq. Imò etiam tutius esse & melius dicimus expectare judicis sen-  
tentiam declaratoriam, si Emphiteuta Domino Canonem non solue-  
rit, quàm privatà auctoritate eum eijcere, per l. 2. & l. fin. C. de jure Em-  
phiteut. d. l. non est 176. ff. de R. I. Mynsing. 3. obs. 65. Gaill. d. obs. 51. num. 7.  
Wurmbs. tit. 34. obs. 1. D. Gotthofr. ad l. 2. C. de jure Emphyteu.

#### LXXVIII.

*Veniam rusticitati & muliebri sexui in mul-  
tis da-*

*tis dari palàm est, ut & militibus: Jam quæri-  
tur, utrum rustici, sæmina & minores rei pro-  
pria possessionem invadentes, pœna a) consti-  
tut: L. si quis in tantam, C. unde vi, subijcian-  
tur? Affirm. ad stipulamur. b)*

a) In qua statuitur, quòd alienam possessionem violenter inva-  
dens eam restituere vim passo teneatur, & si dominus erat in vasor,  
privatur dominio: si verò non erat dominus, tenetur restituere pos-  
sessionem, & condemnatur in rei æstimationem: Atq; sic dejectus  
non solum rem ipsam recuperat, sed & fructus omnes, imò & damnũ  
& interesse consequitur, quòd ejus conditionem deteriore fecit: l. 1.  
S. Ex die 40. l. in interdicto 6. l. si vi 15. ff. de vi & vi arm. l. 4. C. unde vi l. videam-  
us 38. S. & ideò 5. ff. de usuris & fruct. l. domum. 5. C. de R. V. Menoch. 1. re-  
cup. num. 412. b) per S. penult. Inst. vi bonorum raptorum: l. 2. C. de injus-  
vocat. Menoch. d. remed. 9. nu. 17. cum seqq. & 194. Tiraq. de pen. 11. v. c.  
qui secundum 13. 23. q. 4. Et dicta constitutio omninò generalis est, ge-  
neraliter itaq; etiam intelligenda: nec dum legitime aut solenniter  
abrogata est, Vide supra thes. 75.

#### LXXIX.

*Anne etiam ad servitutes pradiorum exten-  
datur hoc interdictum quæritur? Nos ad eas  
neq; interdictum Unde vi neq; Vti possidetis, cõ-  
tra quam arbitrantur Accurs: & Bartol. &  
DD. comm. in L. unica C. uti possidetis, se ex-  
tendere affirmamus.*

Ratio hæc est: quia tantum ijs competunt, qui de possessione re-  
rum corporalium & immobilium deijciuntur, seu in ea turbantur,  
l. 1. S. 1. ff. de vi & vi arm. l. 1. in princ. ff. uti possidetis. Rerum autem  
incorporalium, quales sunt servitutes, nulla est propriè possessio, l. ser-  
vus 43. S. incorporales 1. ff. de acquir. rerum. dom. nullum dominium,  
ut rectè post alios tractat D. D. Justus Mejerus præceptor meus honoran: in  
illustribus

illustribus suis *questio*: Inst. utiliter tamen & per jus Quasi possessionis  
admittitur hæc extensio.

LXXX.

*Interdicti istius causa gignit etiam actionem  
in factum contra heredes spoliantis, quatenus  
videlicet ad eos pervenit: unde fit ut interdum  
particularis etiam heres teneatur in solidum ad  
quem totum pervenit.*

*l. 1. §. fin. l. 3. §. fin. l. si plures §. ff. de vi & vi arm. l. in honorarijs 35. ff. de  
obl. & act. l. uni. C. ex delict. defunct. Maranth. par. 4. specul. 7. num. 38.  
Menoch. d. remed. 1. num. 150. & seqq.*

LXXXI.

*Quod si verò raptor ducatur pœnitentiâ,  
remq; à se violenter occupatam spontè dimit-  
tat, ane porrò. d. L. si quis in tantam, se veri-  
tati subijciatur?*

*Distinguiamus inter privatam, & publicam pœnam: illam relaxa-  
ri, hanc verò minimè: arg. §. penult. Inst. vi bonorum raptorum: Rip. in l.  
si insulam. 84. num. 59. ff. de V. O. Jason ad l. 2. C. de jure Emphiteut. nu. 124.  
Menoch. 9. recuper. num. 140. & seqq.*

LXXXII.

*Communis est DD. conclusio, plures actio-  
nes, si ex diversis causis ad diversa agatur, nec  
obstant regula prohibitiva, impediens, conjungi  
atq; cumulari posse. a) sed intricata & diffici-  
lis exsurgit questio, ane petitorio & possessorio  
judicio quandoq; simul agi possit? De jure com-  
muni scripto Negamus: b) usi verò aliter in-  
valuit: c)*

*valuit. c) Et si de vi illata sit questio, obijcia-  
turq; eum, qui sibi vim factam dicit non posse-  
disse, utrum de possessione prius quàm de vi co-  
gnoscendum? Ita sanè. d) Quod si verò utrinq;  
æqualiter probata fuerit possessio in hoc interdi-  
cto tutius esse dicimus, quicquid alij statuunt,  
divisione factâ partem uni, partem alteri assi-  
gnare. e)*

*a) Gaill. 1. obs. 63. num. 1. b) per l. 3. C. de Interdictis & ibi eleg. inter  
D. Gottofr. l. 24. ff. de R. V. l. 25. C. de Locat. l. 12. ff. de acquir. vel amitten-  
da poss. l. ordinarij 13. C. de R. V. l. ult. C. quorum bonorum. Donnell. ad l. 3.  
C. de Interd. n. 6. & seqq. Vacun à Vacun. lib. 2. declar. 34. num. 10. Cujac.  
lib. 7. obs. cap. 38. Robert. 3. sentent. 21. Menoch. 4. adip. num. 5. 10. & seqq.  
c) Gaill. d. lib. 1. obs. 63. num. 1. & 2. Hartm. Pist. lib. 1. quest. 45. num.  
12. vide Eberhard: Speckhan. quest. jur. Cent. 1. quest. 66. Haekel. disp. 4. th.  
21. lit. a. d) per l. 1. C. de appellat. l. si quis ad se fundum 7. C. ad L. Juliam de vi  
publica, Fach. 8. Cont. cap. 8. Hottom. Ill. quest. 31. e) quia judicis est con-  
troverfias & rixas sedare & componere, quod si alio modo fieri non  
potest, divisione æquali: Et ita fecisse Tiberium Cæsarem scriptum  
est in l. Et hoc Tiberius 41. ff. de hered. Inst. probat hanc sententiam Barrol.  
in l. si duo 3. num. 5. ff. uti possideris, Menoch. remed. 3. recuper. poss. quest. 78. nu.  
770. & 776.*

LXXXIII.

*Patre Crimen læsæ Majestatis committente, a)  
etiam filios puniri jure civili perspicuum est: b)  
verum non inter omnes convenit, An his pœnis  
filij etiam ante Crimen commissum nati subijci-  
antur? c) Affirm.*

*a) Quod non solum adversus Summū Principem, sed etiam in Ele-  
ctores Imperij & Consiliarios Imperatoris committitur: idq; expressè  
sanctum*

fancitur est in *Bulla Aurea Caroli IV. tit. 24. & l. quisquis 5. C. ad E. Julianæ Majestatis* in verbis, de nece etiam virorū illustrium. b) Infamiā enim notantur, factione testamenti carent, & ab omni successione materna vel avita, aliorumve proximorum vel extraneorum penitus arcantur, d. l. 5. C. ad l. Jul. majest. Idq; valere comm. DD. affirm. teste Myns. Cent. 5. obs. 40. n. 1. & 2. ut & consuej ejusmodi criminis eadem lege teneantur, per text. in d. l. quisquis 5. id quod, 6. C. eod. Bodin. lib. 2. de Repub. cap. 5. Clapmar. de arcan. Rerump. lib. 4. cap. 18. c) propter generalitatem d. l. quisquis, 5. S. filij 1. C. eod. Et facit l. 10. v. fin. C. de bonis proscrip. ubi dicitur quod pœna privationis & inhabilitatis in Crimine læsæ Majestatis transeat ad suos posteros & descendentes: Et tamen eadem lex. in pr. loquitur de filijs etiam ante delictum commissum natis. Hodie tamen pœnæ illæ ratione filiorum non observantur, Clar. lib. 5. sent. 5. læsæ Majest. crim. n. 10. 12. & 14. idq; æquissimè, arg. Deut. 24. v. 16. 2. Reg. 14. vers. 6. Jerem. 31. vers. 29. Ezech. 18. vers. 4. 20.

#### LXXXIV.

*Numerum disputationis nostræ ὑπερβαίνων  
claudat hac quæstio verè Regia & inter Politi-  
cos nobilitata, diu varièq; à varijs discussa, non-  
dum tamen decisa: utrum subditis ac Reipub.  
magis expediat Principem per suffragia & ele-  
ctionem, an verò jure successionis accipere?*

Et conditionem illius Regni cui Rex nascitur, meliorem pacatio-  
rem & digniorem esse ejus cui eligitur, optimè testatur Bodin. lib. 6. de  
Repub. cap. 5. Minore enim discrimine princeps sumitur, quam quæri-  
tur: Tacit. 2. hist. Et annosior quemadmodum arbor ex radice pullulat,  
& rancido qui subnascitur trunco surculus, jam vires accipit effati &  
senio confecti ante ruinā: Successionis non secus tramite, in perpetui-  
tate consistit Imperiū, & discrimē prævertitur regni: Si enim lege suc-  
cessionis certus est Princeps, turbis præstò est obstaculū quàm pluri-  
mis, cum alioquin novis & magnis conatibus opportuni sint transitus  
rerum: & in electione majores turbæ, conspirationes crebriores, Natu-  
ra enim mortalium imperij avida: Sallust: in Jugurth. Quid autem  
mali,

mali adferant factiones, in gubernaculo Reipub. ambiendo, restan-  
tur abunde, miserrima civilia Romanorum bella, Marij, Syllæ, Lepi-  
di, Cæsaris & Pompei, Antonij & Augusti. Hinc ærarij expilationes,  
odia, inimicitia inter Regnicolas cives & provinciales, quæ quidem  
omnia quiescunt, quando est certus successor ex genere inquirente Pe-  
tro Gregor. Tholoz. de Repub. 7. cap. 4. vide Jussum Lipsium lib. 2. monit. &  
Exempl: polit. cap. 5. Christophorum Besoldum Tubingensem ele-  
ganter de hac quæstione differentem in dissert. Nomicopolitic: Et  
reverà dum odysseam malorum plurimarum provinciarum hodie  
contemplamur, vel ab hac vna ipsa re eam promanare quis inficiabi-  
tur? Sin Imperij spes præcisa, libentiùs consueto domino, quàm novo  
populus obtemperat: indigenæ quàm peregrino, in obedientia verò  
totum dominationis bonum consistit. Petr. Gregor. 7. de Repub. cap. 4.  
n. 11. Comineus lib. 8. Comment: A stirpe olim quæ fuerunt Principem Af-  
sirij, Medi, Persæ, Macedones, multis seculis Romani & Athenienses,  
Aegyptij, Parthi, Armenij, & etiam nunc regnandi spes in subsequutura  
dominorum sobole relicta est Turcis, Moscovitis, Aethiopibus, Af-  
fris, Hispanis, Francis, Anglis, Scotis. Ac communi ferè omnium po-  
pulorum jure non solum nobilitas ac Feuda, sed & dignitas successoria  
est omnis, Ducatus, Marchionatus, Comitatusq; ad hæredes prove-  
niunt. Quin Imò jus ipsum divinum approbavit hanc successionem,  
pijsq; Principibus, continuatum in filijs fore Imperium supremus pol-  
licetur Dominus Deut. cap. 17. vers. 20. Gen. c. 49. vers. 10. Verùm consti-  
tutæ leges cujusq; provinciæ, regnorum ac subditorum mores iterq;  
regiminis status respiciendus: quædam enim hoc singulare habent, ut  
filijs Principum existentibus, illi patrem defunctum sequantur jure  
quodam successionis: sin verò non hi supersint, liberam habent ordi-  
nes Electionem. Bets. de pact. famil. c. 7. fol. 227. Sed & solus ille supremus  
Monarcha felicitis largitor successionis, & Electionis moderator pru-  
dentis, utramlibet pro arcano suo consilio & misericordiâ potis est ve-  
rè facere optimam & Rebuspub. utilem & salutarem.

#### Parergon.

*Præcipuum, maximumq; per quod stabilia  
æternaq; redduntur Regna & Imperia firma-  
mentum*

mentum esse Religionem & verum cultum Dei,  
nemo est tam obstipæ mentis qui non fateatur:  
Verum ingens & acris inter Politicos fuit pugna,  
& sæpius lacertis, quàm chartis, arma-  
mentis quàm argumentis, agitata questio: An  
in benè constituta Reipub. forma Religiones di-  
screpantes, & dissimiles de cultu diuino senten-  
tiæ tolerari possint?

a) Cùm multa in hac humanarum mentium imbecillitate tolerari possint, modò vera & perpetua pietatis fundamenta conseruentur ac maneant: dicimus, ut potiùs aliqua & Respub. & religio habeatur, & intestinis seditionibus ansa præripiatur, optimos Magistratus, exemplo peritorum Navarchorum veluti tempestatum cedere nonnunquam debere: & pacis publicæ causâ tutum religionis exercitium concedere subditis posse, uti à Gratiano & Joviniano Imperatoribus factum legimus apud *Socrat. Histor. Eccl. lib. 3. cap. 25 & lib. 5. cap. 2.* Narrantur enim illi propter communem subditorum suorum tranquillitatem, templa & Oratoria concessisse multis in Imperio Romano varias Religiones profitentibus: Cùm præsertim nihil sit tam voluntarium quam religio: in qua si animus aversus est, jam sublata jam nulla est: neminemquæ animis imperare ac linguis posse, cum mentium Rex Deus sit: imò liberum est credere & quiddam diuinum in spiritu, ut præclare testatur *D. Luther. tomo Jenens. 2. fol. 180.* Unde & Maximilianus II. Imperator Inuictissimus dicere solitus fuit: nullam intolerabiliorem esse Tyrannidem quàm dominari velle conscientijs: Et laudatissimus ille Heros Stephanus Battoreus, iubar antiquissimæ & illustrissimæ familiæ Battoreanæ, Rex, & assertor libertatis Polonicæ: tria sibi Deum reservasse dicere solebat: Ex nihilo aliquid facere, scire futura, & dominari velle conscientijs: neque etiam ut *Camerarius in medit. histor. part. 1. cap. 58.* testatur, diversæ religiones per se adferunt mutationes aut perturbationes Rerumpub. verùm, ut Tacitus loquitur, insolentia eorum, qui religionis specie in ambitionem delabuntur.

buntur, Sic *Orosius* rectè inquit: Rerumpub. mala non nascuntur ex religione, sed fuerunt semper in universo terrarum orbe. Hinc & patrum nostrorum memoria pax illa Religiosa Passavij. Anno 1552. 2. Augusti sancita, & in Comitijs Augustanis iussu Caroli Cæsaris à Ferdinando Rege Rom. & Statibus Imperij solenniter gestis introducta est Anno 1555. & deniq; Anno 1566. confirmata à Maximiliano II. Cæsare, cujus vigore tota Germania sævis tunc intricata bellis, pacatior reddita fuit & halcyoniâ suâ obtinuit: Pulchra etiam illa rosa Franciæ, quæ bellorum civilium turbinibus ob religionem planè in sanguinem versa videbatur rursus effloruit: libero religionis exercitio permisso. Idem in Polonia alijsquæ Regnis vicinis & provincijs obtigisse hodiè videmus. Sed quo tandem me loco sisto. Spaciosam & fertilissimum campum ingressus fueram, spicilegijs istis collectis ab eo. Cætera spacijs præclusus inquis

Prætereo: atque aliis post me memoranda relinquo.

Deo præpotenti, Triuno, Maximo, cujus  
gloriæ & honori hosce nostros conatus & studia,  
libamus: consecramus: cuius supplicibus votis  
Reipub. & Ecclesiæ Christianæ incolumitatem  
atque tranquillitatem quàm diligentissimè  
commendamus, sit laus & gratiarum actio se-  
culis nunquam desituris.

EPIGRAM-

EPIGRAMMATA  
AD NOBILEM AC DOCTISSIMUM D. JACO-  
BUM SZELLECKY: IN ACADEMIA ARGENTO-  
RATENSI publicè differentem.

I.



Onas in montes mea dudum scandere nescit  
Mens, dudum Sanco sacrificare nequit.  
Voce modò blandà versam ad Permenidos undas  
Allicis, & Themidos flectis amare sinum.  
O sint felices hedera, Clariq; sorores  
Non sint cultori numina lanifica!  
Sit labor inceptus faustus, Patrieq; resultet  
In jubar, inq; suum te vehat inde decus!  
Auguror: ARGVS eris, tete praeunte Virebunt  
HVNGARIÆ tractus, SZELCIADumq; domus!  
Hic tuus est finis PVGNANDI, hoc sine triumphum  
Aufferet ILLVSTRIS, quem regis arte, BARO,  
Non fallentis  
Valentis Arithmæi Lignitio-Silecij.

II.

MAGNUM est abstrusos JURIS vidisse recessus  
Et LEGUM memori puncta tenere animo.  
Majus at, illarum Varium glomerare tenorem  
Et publicè firmis consolidare logis.  
Judice me, longè res maxima, jungere utriq;  
PRAXIN, id est, pressis postea adesse reis.  
Proposita προτάσεις JACOBE, quis impetus in te,  
Argumentorum vincla, THESESES QUE probant.  
Quæ notha, quæ genuina sient, nunc perspice, posthac  
Uti te poterit dexteriore forum.

P. Alexander Khopplinger.

III.

ESTNE aliquid? tradux quod plebis opinio sancit  
Esse aliquid, ceris vultus ostendere avitos  
inter Nobilium tabulas, qui curribus olim  
In Martis steterunt quoscunq; bivertice divi  
Induperatoris Majestas alite signat?

ESTNE aliquid? flos nobilium, flos pure, virorum  
O Suada Themidosq; nitor JACOBE SELECZKY?  
Esse aliquid magnum, dubiè cui possit haberi,  
Quo tu vel sed eas primo mihi pompa Senatu  
Nobilium, solida quos ardua puncta redonant  
Virtutis, crebrò per quam primordia sumit  
Gens nova divino quò se sublimet Olympo  
Cordatis ausis, quæ laudis adorea fasto  
Et cedro inscribat metuenti solvier annis.

O Rarum exemplum! tricoesa volumina JURIS  
Excudit assiduè noctuq; dieq; SELECZKY.  
Justitia & trutinà pariliq; examine nutus  
Felici ingenio doctissima lemmata vulgat  
In doctos, magni BEVTHERI umbone residens,  
Quem data consilij vis armat in obuia rerum  
Extricante acie nodos Rationis & Aequi,  
Ut genus eximià virtutis luce vetustum  
Magmentoq; Dica claret perglorius alma,  
Nonne illud nu meros generose laudis adimplet  
Omnes? na punctum generis supereminet omne.

Atq; utinam atq; utinam Phæbus speculetur ab axe  
HOJERI venam! per laudes ire SELECZKY  
Vt vellet; cumulum nunc versus laudis in istos  
Hem verrucosos egit, mihi mactet at alter

Chromate



*Chromate tot-docto laudes, ego nomine vatis,  
Oraculum certas sic vaticinabor in aures:*

*Nobilis ecce novum doctissimus ille SELECZKY  
HUNGARICIS VENIET PLAVDENTIBUS  
ORNAMENTUM.*

*M. Andreas Hojerus Pom. S. S. Theolog.  
Stud. lubens meritoq;f.*

IV.

**I**ACOBUS SZELECZKII UNGARUS.

*καὶ ἀνάγκη literis græcis elisis  
LINGVA LIBAS SVCCOS E JVRE.*

*Sic, JACOBÈ, viam Themidos tibi sternis ad arcem  
Accedit generi sic nova fama tuo,*

*Dum LINGVA LIBAS SVCCOS E JVRE peritos,  
Vt fingas labijs, hinc bona liba tuis.*

*Dum rosulam arrodis, quæ cor corrodit amanam  
Vt mentem irroret rore madore suo.*

*Nec curas spinas, rosa quæ armatur, acutas  
Sed per spinetum, florea ferta refers.*

*Non, JACOBÈ, tibi rosula hæc spirabit honorem  
Sed faciet magis, ut sis honor ipse rosis*

*Hinc spirabit odos animo, qui se undiq; fundet  
Effundetq; rosas, flore & honore novas.*

*quantum est nomen doctrinæ extendere avitum  
Et genus Ingeni vi irradiare suum!*



*In signum amoris F.*

*Joh. Merckerus Hennebergio Francus.*

*Errata quidem incuriâ operarum nonnulla irrepsere: quæ ta-  
men talia cum sint, ut candidum lectorem retardare non queant,  
haud fuit visum ea hæc adnectere.*

(1614) hungaricum:

lapis rubro

3 old.

30—